VIrtutes nature innatum ē susscipere. Vnde Aristoteles primo ethicoz: neque inquit a natura nec preter naturam fiunt virtutes ī natum est nobis p assuefactionem recipere eas: ex similibus enim actibus fiūt similes habit9. Vn de prosper in libro epigramaton nos hortat̄ dicens: ad patriam vite de noctis valle vocati: virtutum gradib9 scanditur lucis iter. Omnis virtutum semper substan cia salua est: Inuitus cristi munera nemo rapit. Rurs9 Gamfredus in sua poetria noua. Sectemur inquit bo nesta & mala vitemus: quia virtus optima rerum: pes sima res vicium: uibil eq̄ pnicios̄um. Et Iuuenalis li. tercio. Nobilitas inquit animi virtus est. Quis ergo

virtuosus fieri non desiderat. Nã teste maximiano Iu
lio virtus auro preciosior est: nec putrescit sed ĩ aduer
sis crescit ipsa virtus: vt inquit lucanus li. iii. Si ergo
virtutis amator esse cupis attẽde quomodo virtus ni
hil aliud est nisi exemplar honesti. Inquit Lucanus li.
ix. Nempe virtus ridet in aduersis Studeat ergo vnꝰ
quisq; in virtutibus abundare vt in se habeat quod in
aliis amat: prout ex prouerbiis sapientũ edocet. Vir
tus enim ad beatam vitam ꝓducit. Vnde Tulius libro
primo de legibus. Virtus inquit est perfecta: omino
q; certa in natura est. Itaque nihil prestabilius: hãc na
tura peperit: qa constat nos ad iusticiã esse natos. vir
tus enim omnium animos natura sua commouet. Inqt
Tulius libro de offi. Reuera multo magis ẽ secunduꝫ
naturam communitas iusticia & libertas: ẽm cupidi
tas aut voluptas. Nihil enim tam secundum naturam
est sicut humilitas. Hec Thulius li. iii. de offi. Si er
go laudabile est naturam imitari nũquit virtutes ha
bere desiderandum est. Vnde idem Tulius de amici
cia illos inquit viros bonos appellandos putemus: qui
assecuntur quantum possunt habere naturam optimã
bene viuẽndi. Et Quintilianus de Oratoria institucio
ne libro prĩo. Omia inquit que ars consumauerit cẽtũ
est a natura inicium duxisse. Nobis igit̃ ad virtutes sũt
semina nature concessa. ecia anteq̃m doceamur. Si enĩ
in virtutibus foret auxietas: & criminibꝰ insistere so
lũ delectabile esset fortassis virtuosos fieri fieret pe
nosum: & bene agendi excusacio preberetur. Sed ĩ vir
tutibus gaudium perfectum habetur. Et homo ex cõ
dicione sue nature ad honesta ducitur: nullatenus er
go excusatur. Vnde Seneca ad Luc. habet inquit hoc
optimum in se animus generosꝰ q cõcitat̃ ad honesta
Magnarum rerum species ad se vocat & attollit: doci
lesque natura nos edidit & racionem dedit inꝑfectaꝫ
que virtutibus tamen ꝑfici pot̃. Hec Sene. epi. xlviii.

Rursus si virtuosus fieri coactionis opus esset laudabile opus: fortassis non videtur: Nullus enim laudabilis est i eo q vitare nequit cum vellet. Sed procul dubio opera virtutum libere fiunt nutoq spōtaneo coassumuntur. vt ponit didimus in epistola ad Alexandrum Nullum inquit virtutis initium est quod mutari non possit. Nam ad bene viuendum libero concitamur arbitrio. Sed plurimi virtutes opinantur graues: quia bene viuere nolunt. Sed queso vt hi saltē doleant qa bona voluntate carent. Si enim boni fieri cuperēt virtutibus faciliter insisterēt. Nulla enim tam facilis res quin difficilis sit: qñ inuite fit. Vtinam ergo hi libēti animo bona desiderarent: vt saltē mala que facere neq unt non appeterēt. Iuxta illud Therencii poete. Quā do inqt non potes quod vis illud velis quod potes. ita q mala que cupis explere: si non vales bona tunc facis que peragere potes. Sed aliqui dicunt ad plurima vitiorum opera se cogi: qui si verum dicant stulti ergo reputandi sūt. Quia teste Tulio in libro de paradoxis: soli sapienti conuenit: vt nihil faciat inuitus nihil dolēs nihil coactus. Vnde stoyci dixerunt voluntate solū ea desideria que racionabilia sūt. Vnde in solo sapiēte voluntatem esse dixerunt. vt refertur Tul. in tus. quest libro iiii. Si ergo in stultis est libido incitata: aut cupiditas effrenata non voluntas sed appetitus est: quia volūtas racōne dirigitur & appetit9 a sensualitate decipitur. O vtinam qui mali sunt saltem boni fieri cupiant. Nam magna pars bonitatis velle fieri bonū vt inquit Seneca ad Lucillum ep̄. xxxiii. Si enim dicas hoc velle non posse audi Tulium libro de fato. Motus inquit voluntarius eā naturam continet in se: vt sic in nostra potestate: uobisq pareat. Nam omne honestuz voluntarium est. non enim honestum est quod non ē liberum. Inquit Seneca ad Lucillum epistola lxvi. Sed prochdolor plures nec bene agunt ymo nec emendari

petunt. Veruntamen magna pars profectus est fellere proficere: vt inquit Seneca epistola lxxi. Nūqd ergo laudabile foret si q̄ deo placent: homo solū velit. vñ Se. ad Lu. eō. lxxiii. placeat inq̄t hoī q̄cq̄ deo placz Sed multis hoc graue ē nec de facili potest eorum impietas reuocari. Quia teste Quintiliano libro iii. de oratoria institucōne. Nihil facile psuadetur inuitis. Si qs eciā inuitus qd agat: laudem non promeretur. Vn de nārante Valerio maximo li. ii. Siqs olim bona inuitus fundebat p rep. maior laus dabatur exigenti: q̄m prestāti. Ex inuito enim opere laudem nullus repōtat Nec tñ hy laude priuantur qui bonum quod cupiunt facē nequeūt. Vnde Quidius li. de ponto. Sponte sua probitas officiumq̄ iuuat. Si desint vires tamen ē laudanda voluntas. Rursus & inter eos q̄ bona bene agūt Hy sūt laudabiliores qui bene faciunt amore q̄m timore. qui eciam mala preterm itturt caritate quam dei formidine. Singulis tamen laus licet nō equalis datur de Quibus Horacius in epistolis Oderunt peccare mali formidine pene: Qui mali eciā pecta q̄nq̄ dimittūt eo q̄ ipsa facē non possunt. Vn maximian9 inquit. am plecti non dum quorundā vota laborant. Sed votis obstat: verbere trita caro. Nam nos a vicius mūdanis sepe redardat. Corporis anxietas damna flagella fames De talibus enim fatendū apparet. q̄ peccata non deserunt: potius enim a peccatis deseruntur. que si sponte desererēt: nulla mutacione facta quantū ad labores ipsorum: eo pacto mererent̄ quo demererent̄ distat ēgo sapiens virtutes acquirere quas natnra appetit. quibz eciam totus pficitur homo. ¶ Capitulum. iii.

Quomodo virtutes non querunt mercedem tempalē.

Virtus nō ita pficeret si seruilē homiem redderet: aut si tempalis fructus mercedē dū taxat conquestaret. Sūt igitur virtutes p pter se diligende: sic tñ q̄ ppt̄ aliquid crea

tum nõ querãtur: sed ad increatu bonum solum refe-
rant. Vnde Se. li. i. de clemẽcia. Recte factoꝝ id ẽ o
perũ virtuosorũ verus fructus in ipsis ẽ: nec vllũ pre-
ciũ virtutibꝰ dignũ ext̃ ipsas ẽ qđ de precio creato ac
cipiendũ ẽ. Et idẽ Se. li. iiii. de beneficiis reꝝ hone-
starũ preciũ ĩ ipsis ẽ. Vnde Plini9 in ep̃. ad Catulum
Magnitudo animi nihil ad ostentacionem sed omĩa ad
consciencia refert Recteq; facti: non ex populi ser-
mone mercedẽ: sed ex facto petit. Illi ergo virtutes fõ
tassis non habent. qui ex operibus mercedem temꝑalẽ
expectant. vnde Tul. ĩ dyalogo ad Hortensiũ. Nulla
inquit virtus esse potest nisi g̃tuita. Nã si mercede ali-
qua ad officium impellit̃ non virtus sed fallax quedam
imitacõ ac sil'iacõ ẽ virtutis. Vnde idẽ Tul. li. i. de le
gibus: idipsum quoq; iustissimũ ẽ iusticie mercedẽ nõ
querere. Et Claudian9 in maiori producit: non empta
fides nec pectora merces alligat. Ipsa quidẽ virt9 pre
ciũ si sola q; late. Fortũa secure nitet nec fastibus vllis
Exigit̃ plausu nec petit clarescere vulgo. Non querit
precium vitã que debꝫ amori. Gaudia premissi cumu
lant inopiã dolores. prochdolor ergo multorum opera
suspicione non carent: qui bene agere secrete nõ curãt
sed palã ideo bonum faciunt: vt laude fruant̃ publica
fortunãq; mũdi preferũt virtuti. Vñ Qui. li. de põto
Nunc tñ fõtũa stat caditq; fides. Nec facile reperies
multis in milibꝰ virtutẽ preciũ qđ putãt esse sui: ipse
decor recti facti si prima desint. Non mouet & gratis
penitet esse probũ: nil nisi qđ ꝓdesse potest caꝝ ẽ men
ti vanoꝝ. Spem fruct9 nemo auide petendꝰ erit. Et
subdit. Sponte sua ꝓbitas officiumq; iuuet. Mercede
caret ꝑseq; petenda ẽ Exterius virtus incõmutata bo-
nis. Nunquit ergo delectabile ẽ si quis ea fecerit que
virtuosa videntur. Et ex desiderio premii temporalis
opeꝝ suoꝝ fructũ ꝑdat: dolendum est enĩ ꝙ nullus vir
tute cõplectit̃ vt premia sibi tollat: vt inquit Iuuenal'

li. iiii. Nibilomin9 cū virtus debet fortūe preesse. nec est appetenda virtus: vt fortūe munera succedant. vñ Tul. in rethorica secūda. Sola inqt virtus in sua pote state est: oīa que pret eā sub fortūe subiecta sūt domi nacōne. Nā diuicie virtutis pediſſeq; sunt. Ille; liber estimandus est: qui nulli turpitudini seruit. Si ęgo cu piūt omnes homīes liberi esse: cur virtutibus abiectis seruiles diuicias preferunt. Sic enī agere: maxīa sapiē cia est. Quia teste Tulio de padoxis. Omnis sapiēs li. ber: omnis stultus seruus. Quid ē libertas potestas vi uendi vt vis. Quis autē viuit vt vult: niſi qui recte vi uit. Qui gaudet officio: qui nec legibus propter me tū paret: sed sequit. Tolit vt qui nihil facit nihil dicit ni hil cogitat niſi libent ac hilē. Soli ergo sapienti conue nit vt nihil faciat inuitus: nihil dolēs nihil coactus: cū seruus sit obediencie. Et subdit. rūquid ille liber est cui mulier imperat: cui leges imponit: prescribit: iubz & vetat. Quid ei videtur: nec illi imperanti aliquid ne gare potest: vel audet recusare. Ergo inquit. Tu. istū solum seruū: sed eciā nequiſſimū appellandū puto: licz amplissima familia natus sit. Omnis enī animi humil fracta timiditas: seruitus est. hec ille. Que igitur glo: ria restat amasiis veneris: qui tunc maxime famulanē eciā fediſſime turpitudini: qñ eoz iudicio maxīe glo: riantur itaq; sensus eorū ita ebetanē vt gloriā credant ignominiā & seruitutē principatū. Hy ęgo suomet vi cio miseri sunt. Quia teste Se. epī. lxxxvii. Nemo niſi suo vicō miser ē. Si ęgo cupis liber fieri vicia euita: nā liber & gulosus esse non potes. Inquit Marcial coqu9 Et subdit Cō tet9 tua si potes esse toga: liberi9 vt iq; rege viue potes. Vereanē igiē diuites secli h9: q se pu tāt liberos & maxīe subseruiūt. Nō qc ē deo & boībo sed nūms & pecudimbo: suoz; q; aratroz & familiaru curam gerunt tanta solicitudine vt quietē pdāt. Nec tñ sana solicitudo reprobanda ē sed illa quā cupiditas

infert que vtique homiem seruilē reddit. Vnde Se. ī tyeste. Noscis cupidi regnū: quo iacet loco: regnū non faciunt opes nō vestes tyrie color: non auro nitide trabes. Rex ē quē ambicō vulgique fauor nō mouet: qui est ī tuto positus loco & oīa infra se videt. Et Claudianꝰ ī maiori. Si metuis si plura cupis si duceris ira: seruicii paciencie iugū tollerabis iniq̄s interiꝰ leges. Et sequitur. Tunc omīa iure tenebis: cū poteris rex esse tui. Nā illi soli liberi sūt qni sibi ipsis dominant̄. Quid igit̄ hoībꝫ prodest molestiaꝝ causas acerbare. Hoc enī faciunt qui delictorum occasiones ī laboribus querunt Nunc femīaꝝ imitando collegia. nūc pomparū assummendo fastigia: nūc honoꝝ cupiendo eucenia. Hec enī omnia ruinosa & labilia sunt: libertatem auferunt & criminum morbos ampliant: seruitutemque aggrauant & ab omni bono retardant. Tantum enim cernimus diuites ad bonnm fieri tepidiores q̄ntū fiūt diciores. Vnde ꝓsper in libro epigramatū Quid iuuat ī longū causas producere morbi. Cor dubium expectat cras hodierna solus. Scimus correctis veniā nō esse negandā. Sed nulli nostrū ē vltia nota dies. Libertas nl̄la est maior ve potestas. Quā seruire deo cui seruit hō sine iugo: peniteque nūc est iudicionis amica voluntas Que viget affectu non gemit imperio. Et Gamfredꝰ ī poetria noua: liber ē a viciis qui non seruit abundanciis. Cui satis ē qđ habet: pauꝑ ē qui plꝰ cupit. Ecce igit̄ patꝫ virtutē seruilē nō esse: nec speraē mūdi premia: q̄ premia nō nisi bonis deficiūt. Vñ Euno Sēper nūc studiis merces resecant̄ honestis. Qui vult ēgo liber fieri virtutū querat ornatū mundanis abiectis.

¶ Ca. iiii. ¶ Quomodo virtus consistit in medio.

Quomodo ī medio consistit virtus. Effectus ergo virtutis est mediū tenere & ad extrema non vergi. Vnde Hora. ī li. epistolaꝝ Virtus ē medium vicōrū vtrique redactuꝫ

quia scꝫ virtus recedit ab omĩbus viciis. Et Se. ad lu cillum ep̃. lxvi. Omnis virtus in medio est. Illi igitur virtuosi non sũt q extrema querũt. Nã & bona qdem faciũt: sed nec bene: quia quod nimiũ ẽ assummũt: nẽ pe ieiunare bonum est: sed nimis ieiunare virtus non ẽ Virtus enim semper medium querit. Vnde in prouer biis sapientum dicitur. Omnis bonarum rerum nimia consuetudo passiua est. Omne enim nimium fertur in vicium. Sed miraris quomodo ĩ bonis posset esse nimi etas. Nam si nimietas fuerit iam res bona non est. At tende queso quia res multe bone sunt ex fama & ex se sed fortassis in te bona non sunt: eo ꝙ a te bene nõ fiũt Quis enim formidat penitenciam esse bonam: si vero ĩ discrete eam facis in te bona non est. Itaque penitẽcia ex se hominem perficit: sed homo insipiens per eã non semper perficitur. Sic enim experimur ꝙ ventus sua uis nutrit ignem sed excessiuus extinguit. Vnde Oui dius libro secundo de remediis: vento nutritur: vento extinguitur ignis. Ignis leuis alit flammas grandior aura necat. Eapropter ipsemet Ouidius libro secũdo methamarphoseos ait: inter vtrunque mediũ si tenes tutissimus ibis. Et Maximianus. Maior enim mediis gracia rebus adest. Vnde Gamfredus in poetria noua In omnibus vna est virtus seruare modum: Iuxta illud prouerbium commune. Omnibus adde modum & ce tera. Sapiens igitur virtutes acquirat vt medium & modum in omĩbus teneat. Quia teste Horacio in libro sermonum. Est modus in rebus: sunt certi denique fi nes. Quos vltra citraque nequit consistere rectũ. Vn de Arestoteles primo ethicorum ostendit ꝙ virtꝰ tol lit superfluum & tenet medium: Itaque libertas ẽ me dium inter auariciam & prodigalitatem. Sed fortas sis an int̃ vicia aliqnod medium sit: quod si fuerit vir tus esse putabitur. Hic dices vtique omne peccatum fore extremum: licet alterum altero sit extremius: vir

tus autem mediat quia scꝫ peccata vndique repudiat Nam omnia cupere vicium est: omnia indebite eroga-re stulticia est. Quid autē congruit tenere: & quid li cet hylariter distribuere: liberalitas est: medium er go sapiens in omnibus teneat. Vnde Omerus virtutē immitte furori: furorem virtute erige. Verum ꝙ plu rimi tenere medium nesciunt: vnūq; vicium extremū vitare volentes in aliud extremum incidunt. Nam mlt tos vidi tanta temeritate superbos vt ceteros aspernerent & rursum deprehensi & ꝓpria ymaginacione du cti: ita se prostituebant vt pocius abiecti q̄m humiles viderentur: eorum q; inclinacio locum nō habebat: A lios vidi furiosos vbi tamē occasio nō moueba t: & rur sus beniuoli & taciturni videbantur: vbi tñ reprehen siōis stimulꝰ nō adderat de talibus Horaciꝰ libro ser-monum ait: dum stulti vitant vicia incōtraria currūt Omnibus hoc vicium est cantoribus inter amicos: vt nunq̄ inducant animum cantare rogati. Et idem Ho racius in epistolis. Alter in obsequium plus equo pro nus Alter rixatur sepe de lana caprina. Si ergo petis virtutes habere: medium queras: quod tenere pluri-bus difficile est: signantur qñ tristia occurrunt: Vnde teste Arestotele quarto ethicoꝝ. Mollicies inquit est fugere laboriosa: difficiliꝰ ē tristia sufferre c̄m a dele ctacionibus retineri: itaq; difficilis qñq ē inuencō me dii: qñ grauis imminet anxietas. Reperibile tamē est medium si assit bona voluntas. Verum ꝙ virtus ē cir-ca difficile peccare autem facillimum est. Nec mirum ꝙ cadere possunt q sūt īpotentes surgē aut̄ nequeunt Peccare enim deficere & cadē est. Sed viuere virtuo se potēcia est. Vnde Se. de naturalibꝫ questionibus li-bro vii. difficile inquit inuenta est virtus. dux ducem rectorēq; desiderat sed sine mgr̄o vicia discunt̄. Vnde Oui. de āte amādi: li. secūdo. Et nulla nisi ardua vir tus. Et idem libro de ponto Tendit ī ardua virtꝰ. Ita.

q̄ virtus in arduis & necessariis probat̄: in q̄bus homo
p̄ficit̄. Vnde p̄sper li. epig̃maton. Amplius limite cel
sa petit: quia sc̄z vie oblique sūt multe. Sed via recta ē
vna que petit celsa sc̄z diuina que via ad tenendū diffi
cilis est: nisi homo gracia dei roboret̄. Quia teste Pe
tronio. Nihil ē tā arduum qđ im̄phitas nō extorque
at. Virtutū igit̄ via difficilis ē: sed recta atq̄ ī omībꝫ
media. Ca. v. Quō mens naturalit̄ respuit vicia.

Si peccare prohibitū non esset aduc pc̄ta hu
mane displicēnt menti nō cōrupte: per que
mens ipsa lacerat̄ & cōcutit̄. Vnde Quinti
lianus de oratoria institucōne li. viii. Nihil
est inq̄t tā occupatū tā multiforme tā variis effectibꝫ
concissum atq̄ laceratū sicut mala mens. Nā & cū insi
diat̄ vt malū agat labore constringit̄. & cū sceleribus
intendit tūc solicitudine: penarūq̄ expectacione torq̄
tur. O igitur cū peccare penosū ē nūc & imposterum
cur mens humana tāto desiderio studet ea facē quibꝫ
anxiatur. Reuera hec facit anī9 egri qui cupē nūq̄ de
sinit: vt ponit Tul' ī tus. ques. li. iii. Sed pc̄tor dicit q̄
rez̄ occasione peccet: vt fortassis q̄a diuicie animū ei9
afficiūt. Reuera sic dicens frustra friuoleq̄ se excusat.
Vñ Se. ad Lu. ep̄: xvii. Nō ē inq̄t in rebus viciū: sed ī
ipso animo. Et id qđ pauptatē nobis grauē facit: diui
cias eciā graues facē potest. Quasi dicēt: ab anīa pro
cedit omne viciū & tediū. Et subdit. Quēadmodū ni
hil differt vtrū egz̄ ī lecto ligneo aut ī aureo colloces.
Quocūq̄ enī trāstuleris illum morbū suū secū trāsfer
ret. Sic nihil refert vtrū egri anim9 in diuiciis aut in
pauptate ponatur. Malū enī suū illū vbiq̄ sequit̄. Et
idē ep̄. ii. dicit. Si vis oīa subicē tibi: te subice racioni.
Multos enī reges si illa te rexerit & ab illa disce quē
admodū & quid agere debes. Hec Se. fateat̄ igit̄ pec
cator non a rebꝫ pc̄tm p̄cedere: sed a cōrupto anīo suo
q̄a anim9 de pc̄to in peccatū cadit. In peccatis tñ nun

q̄ requies: ī sola virtute enī qes. Vñ Tul. li. iii. de natura deoꝝ. Versutos inq̄t eos appello: quoꝝ scelerit er mens versat̄: cuiusmodi sūt peccatores quoꝝ mens inquieta. O q̄m turpe spectaculum aī9 egri: vt ponitur in ꝓuer. sapiētū. Et refera spectaculū deforme est qñ animus a quo vires ꝓcedere habent: hoīem totū in ruinam ponit: de tali animo loquit̄ Ouidius li. de tristibus. Oīa ꝑuersas possunt cōrumpere mentes. Sūt tñ ille suis oīa tuta locis. Quasi. d. q̄ nō a rebꝰ sed ab animo corrupto peccata deriuant̄. O vtinā animꝰ peccātis virtutes adamare disponeret. Vtinā si peccatō deum negligit: saltē se diligat suāq̄ pacē querat Attendat enī pctis pacē nō haberi. Vñ ꝓsper in li. epig̃. fallaces inquit curis semꝑ tōquent̄ auaris. Et mala mēs nūq̄ pacis gaudia habꝫ. Et Tibullꝰ li. ii. Sollicitant pectus facta nefanda reꝝ. Vnde Oui. li. prīo sine titulo. Multa miser timeo quia feci multa ꝓterue. Exēpliq̄ metu terreor ipse mei. Et Orator li. ii. O quantum ꝑ inania currit mēs ignara boni. Et ꝑsiꝰ O curue in terris anime & celestium inanes. q. d. anīe curue scꝫ male sūt inanes & inanit̄ celestis sedes ꝓmittit̄ eis Sapiēs ī pcta sua respuat q̄ mentē affligūt: & virtutibꝰ intēdat quibus prestātibꝰ requies hic dat̄ & et̄na pax ꝓcurat̄. vnde Vale. li. ix. Quid inquit viciis fedius: quid eciā dānosiꝰ quibus virtus atterit̄: victorie lāguescunt sopita gloria in famiā conuertit̄: anīq̄ pariter & cōporis vires expugnant̄. Vnde Boe. iiii. de cō Qui virttute deserta homo esse desinit: cū ī diuinā cōdicionē nō potest: vertit̄ ī beluā scꝫ ī bestiā. Cū igitur quilibet dicat se velle homīeꝫ fore: cur ꝑ delicta facit homo vt bestie compare t̄. Nā & yo luxuriata ī vaccā cōuersa fingitur ab Oui. li. prīo metha. Abscedāt ergo vicia inimica virtuti humaneq̄ condicōni. Sepius enī vicia vident̄ amicari: sed obsūt ea que īmerito cōmendamus. Nā suꝑbos sepe honorabiles dicimꝰ. Ira-

cundos aĩosos. Auaros ꝓuidos: itaq; sub pelle vulpina pcta nos inuadũt: & q̃si virtutes essent ita nobis appa tu suo applaudent. Nã teste Tul. ĩ prĩa rethorica: vni cuiq; virtuti vicinũ repit̃ viciũ secũdũ appatũ: sed est reuera contrariũ Sic enĩ ꝓ audacia famatur ꝑtinacia & ꝓ religione supsticõ. Sed nihilomĩ9 virtuti viciuꝫ contrariat̃. licet apud vulgũ ꝓ vicõ virtus capiat̃. hec tñ virtutũ condicõ: ẽ pcta expellere: viciis q̃ virtutes repellunt̃: Vñ Lactã. li. de vero cultu. Porro inquit si virtututes inferas vicia sponte recedunt. Si vicia exi mas virtutes vltro subibunt. Si enim bonorum malo rum cõstituta est natura: vt se semꝑ expellãt: hec tñ peccatoꝝ expulsio maxĩe obicit̃. quia scꝫ plurimi pcta eciã quedã g̃uia nõ detestant̃. Nã suas libidĩes & cra pulas dogmatisant. Verũ tñ teste Aug. iiii. de ci. dei. Illi inquit phi: qui veritati ꝓpius accesserunt: irã atq; libidinẽ viciosas anĩ ꝑtes confessi sũt. Cur igitur scele rati qdã: ex delictis nõ verent̃. Cur veritate audita nõ ꝯuertunt̃. Obscurata ẽ enĩ mens eoꝝ. veritatẽ q̃ si au diũt: lumẽ tñ nõ concipiũt. Vnde Boe. prĩo de conso Nubibus inquit aeris: condita nullũ fundẽ possũt side ra lumẽ. q. d. quẽadmodũ nubes lumẽ nõ accipiũt: sic mentes viciis obscurate: veritatis luĩe se non corrigũt O vt̃ hy formidarent tꝑa mõtis: vite casũ: genit̃e tur pitudĩeꝫ Hys enĩ cõsideratis vir sapiẽs reuocabit ani mũ suũ peccareque timebit & virtutibꝫ intẽdit. Vn de ꝓsper ĩ li. epig̃. scire volens ĩ q̃ sis reꝝ ꝑte locãdus Discute inqt quid timeas qd ve sit qđ amas. Nã cun cti gemĩo nascũt̃ fomite mot9 rñdetq; suis gemĩa prĩ cipiis. Que verba vadẽt ꝙ sapiẽs disponẽ volens quid sit facturus: respicẽ habet quid amat quid timet. Ex hys enĩ duobus fomitibꝫ om ẽ opus emanat: oꝑaq; iun guntur suis principis. Quia qualis fuerit amor vel ti mor tale opus erit. Qui igitur recte viuẽ cupit timẽt & amet quid sit timẽdũ & amãdũ. Nã deus ẽ qui pre

ceteris ẽ timẽdꝰ & amãdus. Timẽdus enĩ quia iudex
Amandꝰ quia beneficioꝝ oĩm collator ẽ ipse: quia pre
stitit anĩm vt racione vtamur p fcĩa: q̃m igit̃ vile si pe
cudibus assimulemur scꝝ si virtute caremꝰ. Vñ Tu. li
de padoxis: Cũ tibi deus vel mr̃ oĩm natuã dedit aĩm
quo nihil prestãcius nihil diuinius. Turpe igit̃ si te ita
pternis vt nihil int̃ te & pecudẽ esse putes. Et idem
Tul. ĩ philippica ca. ii. Eo inquit quo maior ẽ vis anĩ
q̃m corporis: eo grauiora sũt mala q̃ animo concipiunt̃
q̃m q̃ corpore ferunt̃. Miser est igit̃ qui peccatũ conci
pit qđ facere nequid: licet sit vterꝙ miser. Sed vnde
cecitas tanta: ita vt sit hõ ita euersus vt ecĩa sue creaci
onis nõ remiscat̃. seque racionalẽ ope nõ ostendit: hoc
enĩ facit delectacio ceca. Vnde Claudi. ĩ maiori: heu
q̃m cecus inest viciis amor: q scelera pcreat: & pcrea
ta cũ fuerint ĩ maiora cõmutat ineptisꝙ desideriis cõ
pus & animã pit mortificat. Vnde Se. ad Lu. epĩ. liii
In hys q̃ mõbis quibꝫ afficiunt̃ anĩ: q̃nto quis peiꝰ ha
bet de tãto minus sentit. Nã qđlibꝫ vicũ suũ ecĩa pre
miũ placitũ offerre videt̃. Nã auaricia pecuĩam ꝓmit
tit: luxuria voluptatẽ: Ambicõ pompam: Itaque vicia
peccatorẽ sua mercede excecãt: vt tangit idẽ Se epĩ. lx
ix. Hys igit̃ psuasionibus ocludit̃ vicia fore deserẽda
Vnde Matꝫ. ĩ li de Thobia. Et gũiꝰ meritũ pene q̃m
pena necari: in cruce credo minus q̃m meruisse crucẽ
Quid igit̃ dicturi sũt amatores seculi qui de peccatis
puniri nõ timent: deũ ipsos videt̃ fortassis non putant
Vnde Se li. de moribꝫ. Nihil int̃ quo anĩo facias qđ
viciosũ ẽ fecisse. Quĩmo & si deus atq ꝓximus malũ
nõ videt: mĩme faciẽdũ esset. Vnde Tul. li. iii. de offi
Certe inqt si omnes deos hoĩesꝙ celaẽ possis: nihil tũ
iuuste libidinose faciẽdũ ẽ. Quĩmo vir bonus nõ solũ
nõ facẽ ſ nec cogitaẽ qđ audebit qđ nec audꝫ predica
re. Ex qbꝫ ptꝫ vicijs aspretis virtutibꝫ esse insudandũ
vt sana poscit natura ¶ Capitulum. vi.

De Honestate vite intus & foris.

Viri virtuosi interius boni exteriusq; existere debēt: Interius cū deus videat. Exteriꝰ vt ꝓximū īstruāt. Vnde Se. ad Lu. ep̄. x. Sic viue cū hoībꝫ tanq̄ deꝰ videat. Sic loqre cū deo tanq̄ hoīes audiāt. Et ep̄. xxix. multo inqt magis tibi exped^t nosse q̄l tibi videaris q̄m qual aliis Iuxta illud Cathoīs. plus aliis de te q̄m tu tibi credē noli. Illos igit̄ virtuosos esse dubitamꝰ qbꝫ bñ viuē tediū ē: nisi laudes ab hoībꝫ impendant̄ eis. Vt̄ attenderēt illud Se. ep̄ xli. Sac̄ inqt int̄ vos spūs sedet malorꝫ bonorūq; nr̄orꝫ obseruator & custos: hic ꝓut a nob̄ tractatus ē: ita nos tractat. Si enī bñ egeris sufficiat tibi tue ꝯsciencie testimoniū: qa nō ē bñ ageudū vt de te loq̄nt̄ hoīes: sed vti ipse tecū loq̄ris: inqt Se. ad Lu. ep̄. lxxvii. Nēpe miser es si ꝯtēnis ꝯsciēcie tue testimoniū ibidē ep̄. xliii. Sed multi corā hoībus apparent & solitarii deū pret̄mittūt: qa virtꝰ ī eis nō ē. Cū tñ Sene. vbi sup̄ ep̄: lxxxiii. dicat sic c̄te viuēdū ē tanq̄m ī ꝯspectu alicuiꝰ viuamꝰ. Mihi enī obē ab hoīe aliqd esse secretū. sufficit enī ꝙ deo nihil clausū ē. coram igit̄ illo bñ agē sufficit: qa corā illo cū agīꝰ sūꝰ tanq̄m coram iudice oīa c̄nente. vt dicit Poe. ī de ꝯso. Sꝫ plurimi famā: pauci vēo ꝯsciēciā verent̄. vt habē ī ꝓuer. sapiētū Vñ Tibul. li i. ne tibi celādi spes sit peccaē pāti. Est deꝰ occultꝰ q vetat esse dolos. Vñ Oui. li. i. de ar. a. innocue viuite qa mīme ille abest. hec oīa adiecta sūt ideo qa vē virtuosꝰ gl̄aꝫ nō ex ope qrit: ꝑ deū petit in iudicē & seipsū ī testē: nō corā hoībꝫ ꝑ corā deo q testimoīa nouit. Erubescat igit̄ hō eciā solitarie peccare p̄sumēs: & si deū nō timeat saltē sue ꝯsciēcie testīoniū erubescat. Vñ Se li. de moribꝫ: nl̄lū pc̄torꝫ tuorꝫ ꝯsciū magis timueris q̄ teipsū. Aliū enī effugē potes: te autē nunq̄: ꝑ nūqd virtꝰ deforis testīoniū petit. Reuēa testīonio nō eget: ꝑ deforis ī exēplū testes si habuerit.

ꝓdest. Nã sic̃ solis radius sparsꝰ: plꝰibꝫ ꝓficit rebꝫ: sic vita bt̃a videntibꝫ ꝓdest: vñ Theñ. ĩ adelph̃ dicit ĩspicẽ tanq̃ ĩ specl̃o vitas hoĩm iubeo. & Se. ad Lu. ep̃. vii. Cũ hys versaẽ q te meliorẽ facturi sũt illos admitte q̊s tu potes facẽ meliores. Optĩm qdẽ ẽ maiorꝫ vestigia seq si recte precessert. Vñ Catho ꝓxĩꝰ esto bonis sic potes optĩꝰ esse. Nã teste Oui. li. iii. de ar. a. Tũc bũ fortis equꝰ reserato carcẽ currit. Cũ q̊s pretereat q̊sq; seq̃t̃ habet. Nimirꝫ igit̃ ꝙ si dñs dicit ĩ euãgelio. Sic luceat lux vrã corã hoĩbꝫ & cetẽa. Tũc enĩ lux lucẽ dicit̃: cũ bonũ opus deforis ĩ exẽplũ oñdit̃ ꝓprio enĩ ꝑicl̃o cauẽ assistẽs instruit̃: q̃obrẽ Tibul. li. ii. ait: felix qcunq; dolore alteriꝰ didicit posse cauere suũ. Vñ Gamfre. ĩ poe. no. Syrenes exẽplar habe docearis ĩ illis: casibꝫ ĩ letis sꝑ peiora cauẽ. Nã syrenarũ cantꝰ letificat ꝑ subuersio nauigãciũ seq̃t̃ frequenter Quid ẽ tñ ꝙ mlti virtuosos se dicũt: sed nec exẽplum exhibẽt nec ĩceptis boĩs ꝯtinuãt: hoc fortassis ideo ẽ qa virtuosi non sunt sed tales putantur. ¶ Ca. vii

¶ De Bona consuetudine.

Quod noua testa capit inueterata sapit. Qui igit̃ virtuosus fieri cupit sapiens est. Si iuuenis bene agẽ disponit: pluribꝫ tñ virtuose viuere penale ẽ. Viciis tñ cũ intendũt pene subiacent q̃m exigat opus virtuosũ. Cur hoc ꝯtingat nescio: nisi quia mala cõsuetudo prauaq; vita solita animũ retardat a bonis. Vnde Galterus in alexãdreydos libro vi. Consuetudo potẽs est: ꝑ natura forcior ẽ ipsa itaq; mala consuetudo allicit sed necessario non vincit Rursus & si mala consuetudo superare potest: fac vt tua consuetudo bona sit. Vnde Eunodius tempore inquit difficile veniunt ad aratra iumenta: lenta pati frena docentur equi: ferreus assiduo consummitur annuus vsu. Nihil cõsuetudĩe maius qua mala assuesco ferre Vnde ex qbꝫ verbis ptꝫ ꝙ sic̃ equus ꝑ assuefactõnẽ

non renuit frenū: annulusq; ferreus ex frequenti vsu
consumitur. Sic & peramplius docilis homo bona con
suetudine mediate virtuosus efficitur. Vnde Sene. li.
bro de moribus. Educacio & disciplia mores facit: &
illud sapit vnusq; quod didicit. Itaque cōsuetudo bo
na excutit: qđ mala instruxit. Et idē libro prio de na.
quest. Quis inquit non intelligit: omnia consuetudīe vi
suam perdere. Et ibidem libro quarto: q̄mdiu decur
runt solita magnitudine eorū consuetudo subicit. Qui
cupit igitur virtuosus fieri consuetudinē sibi querat
honestam. Vnde Aristoteles secūdo methaphisice. Il
lud quidem ad quod assueti sumus magis applicabile
animo est. Vnde multi propter assuefactionem audiē
di fabulas animum a veritate diuertūt. Quia teste Iu
lio celso libro secundo. Rerū omniū magister est vsus
Et Salustius in iurgurtino. Plura inquit sunt que li
cet grauia sint: tamen ex consuetudine ꝓ nihilo haben
tur. Vnde plures peccandi consuetudinem habēt ideo
peccata grauia non videntur eis. Si tamen conformit
virtutibus adhesissent, facilitatem bene agendi equa
liter & peramplius inuenissent. Vnde Tul. in philip
pica libro sexto. Omne malum nascens facile opprimi
tur inueteratum autem plurimum fit robusti9. mala
igitur antequam vetera sint extirpari debent: quia cō
suetudinis maxima vis est. Inquit Tulius in tusculais
questionibus libro secūdo vbi de diuinacione consimi
lem sententiam ponit. Vnde ipse Tulius in oracōne ꝓ
Cornelio Ballo. vsus inqt assiduus vim rei deditus &
ingenium & artem vincit. Quamobrem seuarum rez
consuetudo pessima est, grauissimumq; consuetudinis
imperium. Nā consuetudo ē altera natura. vt inquit
Auerrois: & Horacius in epistolis eandem tangit sen
tenciam. Hec enim omnia sapientem instruāt vt assue
scant viuere sancte & prudenter loq. Qui teste Quin
tili. li. i. Consuetudo est certissima loquendi magistra

Discat igit̃ sapiens virtutibus eluceſcere ut moribus et vita ſibi ceteriſq; valeat proficere: ad quod ꝓficiẽdum prodeſt honeſta ſocietas: que virtutum exempla docet. Vnde Sene ep̃ vii. ad lucillum ſic inqt. Transi cum Socrate viue cũ Zenone cũ Criſippo: cum poſſidoneo. Hi tradent tibi humanoꝝ diuinoꝝq; noticiam Hi videbũt in opere expedire: vt tantũ nõ ſciaſ eloqui et in oblectacione audiẽcium verba iactare: ſed & animum indurare: & aduerſus minas te erigere. Merito Apo. i. Corinth. vi. dicebat. Nolo vos eſſe ſocios demoniorꝝ. id eſt peccatoꝝ quoniã iuxta puerſũ puertꝛis: ut patet p ꝓphetã. Quicunq; ergo in virtutibꝰ ꝓfici cupit: bonos & prudentes ſequat̃ viros. Vnde ambro. li. ii. d̃ offi. Pulcra eſt inqt ſocietas ſenioꝝ & adoleſcẽcium. Alii teſtimonio alii ſolacio alii magiſterio. alii delectacione cõueniũt. Si quis enim hominẽ vicioſũ in ſociũ elegerit: ipſe cum illo peribit. Vnde ꝓuer. xxvi. dicit̃. Noli eſſe amicus homini iracũdo: neq; ambules cum homine furioſo: ne diſcas ſemitas eius. Sup quo uerbo Grego. ome. ix. dicit. In firmi debẽt declinare ſocietatem prauoꝝ ne mala que frequẽter aſpiciunt: & corrigere nõ ualẽt: eos amplius inficiãt. Et ſi de infirmis hoc cauet̃: poci9 ergo hoc de ſanis accipi debet: ne ſuam ſanitatem ſcilicet moꝝ honeſtatem alieno exemplo perdant

Capitulum viii

Quomodo vitanda eſt mala vita & mundi vanitas

VNum peccatum aliud trahit vnoq; habito niſi corrigatur homo. totus in abiſſo mergẽt delictoꝝ. Sed ſeculi vanitas plurimũ correccionem impedit. Vnde Seneca ad Luci. ep̃. lxix. Cogito mecũ quantũ ad ſpectaculũ luſoꝝ fiat ꝯcurſus. Quanta ſit cõtra bonas artes ſolicitudo ꝙ̃ Nubealli animo ſunt quoꝝ lacertos humeroſq; miramur. quia ſcilicet vanitas ſeculi peccata conſuetudinemq; peccatoꝝ generat. Vnde idem ep̃. xlvi. vbi inqt cauſa

ſublata eſt peccādi ibi peccata cōſuetudinis cauſa me
tuimus. Nam illicita cōſuetudine amant. Vnde poēt
idem Sene. in hercule etheo. Et idem ī agamēnone.
Vis inqt ponere mores ſeculum fuge: ꝓ ſcelera enī ire
tutū iter non eſt: nec ſcelus vnicū erit. Vnde Sen. de
benefi. O ſtoici dicitis: omnes ſtulti mali ſunt: & qui
vnū viciū habet: habet & omnia. Quod ſi ita eſt nōne
vndiq; humano genere peccatum cōiunctū eſt: nonne
publica querela eſt beneficia periſſe: & paucisſimoſ eſ
ſe qui de bene merētibus non inuicem peſſime mercā
tur. Neſcio inqt qui non ex philoſophoꝝ domo clamat
Non eſt hoſpes ab hoſpite tutus: nō ſocer a genero fra
trū ꝙ gracia rara eſt. Imminet exicio vir cōiugis illa
mariti: beneficia in ſcelus verſa ſūt: & ſanguini eorū
non cōpaciunt: ꝓ quibus ſanguis fundendus eſt. Hec
ille. Ex quibꝫ uerbis cōcludit ꝙ mūdus totus in mali
gno poſitus eſt: omniſq; virtus periit: & peccata pre
ſident vniuerſe gēti: nec grauia ex cōſuetudine putan
tur. ut tāgit Saluſtiꝰ in Iugurtio. Vnde Plautꝰ ī au
lularia paciēcia deſidie a crimino ſa crudelitate aſſig
nant: ſic euer unt omnia. itaq; peccatis ſeruiunt omia
Vnde Boe. iiii. de cōſo. Quātas rez lubrica uertit fō
tuna vices. Et ſequit: Ac diuerſa preſidēt: ſanctaque
nunc calcant. Latēt obſcuris condita virtus clara te
nebris. Itaq; ſacris moribꝫ preferunt crimina que non
a rebus ſed a malis ꝓdeūt hominibꝫ. dicēte Tulio li.
de paradoxis. Nō autē peccata rez euentu: ſed viciis
hominum eueniūt. Vtinam autē attēderent homines
quo facto ueteres ſublimati ſūt. Nō enim operibus ſi
milibꝫ noſtris. Vnde Saluſtiꝰ in catbelinario. Maio
res inqt & predeceſſores plurima bona magnos fece
runt que nobis nulla ſūt. Nā apud eos foris fuit iuſti
cia domi induſtria: animus in cōſolādo imunitas in de
lecto libidinis odium. Pro bis autē nos habem luxu
riam & auaricia & ſubdit. Omnia inqt virtutis pre

mia ambicio possidet: & dorri est uoluptas. Foris aut nō iusticie sed pecunie seruit. Nunqd igit illud Ouidii de tristibus uerificari potest. Alta inqt labent ab equore retro: vnda dabit flāmas & dabit ignis aquas Terra feret stellas cælum scindet aratro. Omnia nature preposteris legibꝫ iunt. Omnia iam fient fierique posse negabam. Que uerba nihil aliud sonant nisi q mundus viis obliqs ābulat: & omnia uersa lege fiunt. Vnde Lucanus li. v. Itur in omne nephas: iuuat esse nocētes. Idem. Facinus quos inqnat equat. Et Ouidius li. i. de arte amādi. Cura est sua vnicuiq voluptas. & idem li. de tristibus. Nubila sūt nostris tēpora nostra malis. & idē li. i. metha. Effodiunt opes incitamēta malorū. lāq nocet ferrū ferro nocēcius aurum: & sequit. Filius ante patrem patrios querit i annos. Victa iacet pietas. & subdit Quo mare quo tellꝰ quo repta quo regia celi ardeat & mūdi moles operosa laboret. Et sequit. Cignit: quia cū caro clamat eāq spiritus exaudit cōsensu culpa causat. Inq creando nephas caro fit vir spiritus vxor. Hec enim grādis abusio est: spiritum carni subici: quod tamē peccatum facit. Vitāda sūt igit peccata ne p ipsa dissipet homo racioq pereat

¶Capitulum. ix. Quomodo ē mala peccandi oportunitas

PLurimi igit peccant: eo q peccandi oportunitatē habent. Si aut peccatum ipsis phiberet: aut si male agēdi facultatē nō inueni rent: sepius male agere desisterēt. Vnde Prosper in libro epigra. Cū dat iniusto peccādi optata potestas: ut mala mēs que praua cupit efficiat: ira ē magna dei: qua multos sic punit: ut quibꝫ exultāt crimini bus pereant. Et sequit. Nunqd erit in orbe quod nunq dominabit illi. Cui supa auxiliū: iam medicina negat. Quicūq igit filios uel familiares recturi sunt: et non corrigunt videant ne oportunitatem peccandi ex

bibeant. Quia nephas pmissum vilefit sepiꝰ inqt ma
ximianus. Peccare eciã nõ incipiẽtibꝫ tanta ꝓhibicio
facienda est ne ulla occasione ꝓhibicionis malũ cogi
tare incipiant: quod prius factibile non ꝓpenderunt.
aut ne ꝓhibicione aspera iminẽte vetitũ experiri stu
deãt. Vnde Quidꝰ li. iii. sine titulo. Nitimur inueti
tum semp cupimusq; negata. Rursus alii plures licen
ciam se habere putãt peccãdi: eo q reprehẽsores nõ ha
bent. Fortuna enim eos sic sublimauit: ut q pauperes
iracũdia ĩcitãte faciũt id supba auctoritate presumũt
Vnde Salustiꝰ in Catbelinario. Sepe inquit alia aliis
licẽcia est: quia magno prediti ingenio q̃ volunt: gũt
et que apud alios iracundia dicitur hoc in eis crudeli
tas appellat. In fortuna tamen eciã maxima: peccãdi
minima licẽcia est. Vnde Tuliꝰ in Philippica. iii. Il
lud inqt licere dicimus quod legibꝫ institutisq; maio
rum concedit. Neq; enim quod quisq; potest illud ei li
cet: aut nec ꝓpterea q nemo obstat ꝓmittit scilicꝫ pec
candi licẽcia. Nam & Plato dixisse refert. Illa inqt ẽ
uerissima iusticia que erga inferiores seruat. Nã trium
ꝑbus innocẽcie est nõ peccare vbi liceat posse. Inquan
tum igit plus peccare potes desine: quia scilicet peccã
di potestas legittimũ opus nõ reddit. Vnde Claudia
nus in maiori procliuior vsus in peiora dat: suadetq; li
cencia luxum nõ tibi quod posset: sed quod fecisse de
cebit. Et Prosper vbi sup̃. Qui se peccatis fœliciter
gaudet uti: infelix est nimis prosperitate sua. Pluri
mi tamẽ licẽcia occasione a peccatis se excusant: nõ q
nõ faciunt: sed dicũt ĩ pune ea facere posse: nullum ta
men viciũ licitã excusacionẽ habet. Tunc enim pecca
tum nõ esset. Vnde in ꝓuer. sapiẽtũ dicit. Omne pec
catũ ẽ uoluntariũ. Omitte igit excusacionẽ: nemo eĩ
peccat inuitus. Tales enim malũt peccata sua excusa
re q̃ effugere: ut ponit Se. in declama. li. v. Alii uero
mala faciunt sperantes postremo excusari. de quibus

idem Sene. in edippo. Maloꝝ inquit praua spes est. Et therēcius in ethtiica. Si qs post factā iniuriā se expurget paꝝ sibi ꝓd ē Sepius tñ peccāt aliq ueniā nō đ siderātes obtinere. Itaq; dicūt ꝙ peccare nunq; placuisset si remittendum peccatū suū nō putassent. Vnde uenia cū amore a delictis tenent̄ de sistere a criminibꝫ apud eos videt̄ excusacionē prebere. Cōtra quos loqtur Qui. li. de ponto. Ne factum defendas tuū mala causa silenda est Nil nisi sollicite sint tua uerba preces Ne tua si fletu scindant̄ uerba nocebit. Interdū lacrime pōdera vocis habēt. Que uerba nihil aliud sonant nisi ꝙ peccator pocius lacrimis q̄ excusacionibꝫ intendere debet suūq; delictum fateri. Vnde Marcialis coquus: simpliciter pereat viciū fortasse pusillū. Quod tegit̄ maius credimus esse nephas. Sed in hoc aliqui pereūt: quia qualitatē peccati sui nō cognoscūt. Curari igit̄ nō possūt: eo ꝙ incognitū vulnus nō capit medelam. Vnde Maximianus. Non intellecti nō est curacio morbi. Si quis ergo peccatū senciat fateat̄ ip̄m excusacionēq; deuiam nō querat Vnde fulgēcius li. iii mitologiaꝝ. Formidosa inqt suspicio semp excusandi suffragia querit. Et subdit. Ignoranciam inqt iuris. absoluit venia que culpā scire nō cōsueuit. Quasi diceret excusacio nulla est: nisi vbi ignorancia inuincibil̄ habetur

¶ Capitulum. x. de cautela vitandi et cognoscēdi peccata

Multa sūt vicia que virtutis speciem habent. a quibꝫ cauere difficile est: nisi caute quis attendat. Vnde Quintilianus de oratoria institucione li. ii. Est inquit quedā virtutum viciorꝝq; vicinitas: qua temerarius ꝓ forti & effusus ꝓ copioso accipit̄. Et Se. ad Lu. ep̄. xlv. Vicia inqt sub virtutū nomine nobis occurrunt. Nam temeritas sub titulo fortitudinis latet. Moderacio vocatur ignorācia ꝓ cauto timidus accipit̄ &c̄. Et subdit. In his enī

magno periculo erram9 Et idem ep̄. lvi. Omnia inqt vicia ad modū morbi ī apto leuiora sūt: & tūc pnicio sissima quādo dissimilata sanitate succidunt. Quecūq; agim9 cū magna deliberacione facīēda sūt o pisq; cōsi liū querēdū cōgruit: ut nature fiat op9. Siē tāgit Sa ī Cathelinario Vnde Tul. ī cathelinā. Habet inqt Ca thelina viros īprobos sub vmbra virtutis optimisq; vi ris se iunctū simulabat. Nunq; inqt tale mōstr̄ ī ter ris visū puto fuisse. Et subdit. Quis enim clarioribus viris quādoq; est iocūdior: quis turpioribus est cōiūcti or. Quis ciuis aliq̄ melior: quis hostis ciuibus deteri or: quis uoluptatibus ingnacior: quis ī laboribus paciēci or. quis ī rapacitate auarior: quis ī effusione largior. Illud q̄ ī eo erat mirabile regere naturā suā & uersā re ad tēp9 atq; huc & illuc torquere & flere cū tristi bus seuere cū remissis cū luxuriosis luxurioše viuere. Hec omia designāt peccatores & peccata sepi9 dissi mulari: nec facie prima ognosci. Sepe enī cū viris op timis iūct9 esse putab; et cū viciox amatoribus resideb Ingrat inqt sapiēs qd peccatū vt caueat. qs peccator: ut sibi se non iūgat. Quod faciebat Sidoni9 ut patet ī suo epistolari li. iii. de quodā sic dicebat. Est hic ipse loquax aut dicax aut let9 arrogās aut incōstās curio sus uel pspicax. Talia enī de ea querēda sūt si nō uoce tū mēte cū quo viuere petis quia timid9 se uocat quā doq; tantū: & surdidus parcū. ut ex puer. Sapientum colligiē. Nunqd enī sepulcra deaurata sepi9 vidim9 ī quibus nihil nisi putredo latet. Aspectu quidē pollita sūt sed int9 sordida. Sic vicia quedā honestatis speciē gerūt: & tñ ab oī lege & iure recedūt que nō obstāte suo apparatu vitāda sūt. Quoniā teste Ouī. primo de reme. mala sūt vicina bonis errore sub ipso p vicio vir tus vicia sepe tulit. Vnde Iuue. li. ii. Fallit eī vicium species virtutis & vmbra. Et Gamfre. ī poetria. Fel modicū totū mel amaricat vnica mēda. totā facīē deē

pat. id est defamat. Quāq; igit vicia honesta videant quia tamē ī se maculata sūt merito aspernunt. Quinymo bona accipi nō debēt nisi fine bono terminentur. Vnde Lactācius de uero cultu. Ecia ea que bona sūt fines suos habent quos si excesserint ī vicia labunt Nā cōstācia nisi p virtute accepta sit obstinacio est: & fortitudo in temeritatē cōuertit. His igit attētis crimina sūt precauēda & bona que faciūt iusto fine exequēda. Alias enī efficit vir crimiū amator sicut de Iulio legim9. Vnde Tu. li. ii. de offi. inqt ī Iulio cesare tā ta libido peccādi fuit: ut peccare ipsū delectaret ecia si causa nō esset. Idē ecia Tu. cōtra Catheliā absentē dicebat. Iam inqt tecum sic loquor licet te absente ut odio pmotus loq videar. Neq; enim is es ut te pudor a turpitudine aut motus a periculo aut nō a furore reuocauerit. Ibi enī Tuli. plura enumerat cōtra Catheli nam que siue uera sint siue nō: nescio faciliter tamē in peccatis submergit qui peccare non uerēt. Arbitror tamē Tu. ī predictis satis ample locutus fuisse: et pcius forsan ut Salustio cōtradictori suo cōtradicerē q; ut ueritatē modeste scriberet. & de Salu. cōtra Tuli. idem opinor. Vnde Salu. cōtra Tu. seuissim9 homo. supplex inimic9 cōtumcliosus bonus mercenari9 cui9 nulla pars corporis a turpitudine vacat: lingua vana. man9 rapacissime: gulosus ī mēsa: pedes fugaces & q̄ honeste nominari nō possunt ī honestissima cernuntur His uerbis paz adhereo. Sed ex predictis sit iste fruct9 q; vicia sepe virtutes apparēt & peccare qui assuescit vicia vitare nequit. Nec tū credas oīa opera vicia esse. quia & si decipit qui vicia virtutes credit. Ille tamē ecia decipit qui omnes malos iudicat act9. Vnde multi dicunt illud Gamfre. in poe. Est presens blāditor absens detractor: amicus apparēs: hostis tect9 possessor auar9: exactor dur9: predo grauis: ambicios ī stitor. Itaq; de bonis & malis paria iudicia form at q̄

minime faciendũ ẽ: sed malũ a bono secernẽdũ: maloq; pretermisso bonũ faciendũ. Plures sũt tñ quibꝫ suffit si boni credant̃ boniq; fieri nõ curãt. Tales enĩ sũt homines nõ re sed nomine. ut ponit Tu. li. i. de offi. Hi enim ambicionẽ ꝓ mercede querũt. Sic enĩ de Alexã legimꝰ ꝙ tribꝫ insolẽcie gradibꝫ sua felicitas exultaut Narrãte Va. li. ix. Caueat igit̃ vnusqsq; ne cõparet̃ ei de quo Sidoniꝰ ĩ suo epistolari li. iii. Et hic importunus petẽdi derogator negati emulator accepti callidus flagittati querulus restituti vẽditor prestiti: publicator occulti ĩterficiator sectator epulaꝝ đ beneuiuẽti nullã bonã ꝓferẽs sẽtenciã. hic auidꝰ libidini auidior detrahẽdi & sic de aliis multis bonisque oĩa ꝓch dolor de multis uerificantur ¶

Capitulum. xi. Quomodo peccata leuiora sũt vitanda ne contingant grauiora

Vicia quantũcũq; parua semina sũt maioꝝ. Vñ Oui. ii. de reme. Parua necat morsu spaciosũ vippera thauꝝ a cane nõ magno sepe tenetur aper. Sic eciã vicia que parua videntur: frequenter hominẽ ad interitũ ducũt: multaq; parua peccata grande gignũt & nutriũt. Vnde Oui. ibidem Collige de multis granis aceruꝰ erit. Quo tua nõ possũt offendi pectora facto. Forsan hoc alio c̃mẽ iudice erit. Grandia ꝑ multos terminant̃ flumina riuos. Hi igit̃ attẽdant qui peccata uenialia minime ponderant Nam amãti deũ: omne peccatũ põdus est. Vnde Oui. iii. metha. Minimũ est qđ amãtibꝫ obstat. Et Tu. li. primo de offi. Que quidẽ parua vident̃ esse delicta: si a multis intelligi nõ possunt. His itaq; sũt declaranda quia peccatũ quantũcũq; paruũ nocet. His signanter quoꝝ fragilis est animus vitaq; lesa. Vnde Oui đ re. li. ii Infirmis causa pusilla nocet. Et Narcialis coquꝰ Si presbiter putet viciũ fortasse pusillũ. Quod tegit̃ maiꝰ credit̃ esse nephas. Et alibi dictum est. Quis tñ

diceret quecũq; peccata vitare nõ posse Cũ Catho di
cat. Nemo sine crimine viuit. Hic dicendũ ꝙ omĩa vi
tare si nõ ossis saltẽ sub spe uenie eciã paruis delictis
peccare nõ presumas. Si autẽ ex lapsu leuiter cõtin-
geret te peccare tua eciã merita ꝑdidisse nõ credas.
quia peccata que uenialia vocant̃ nõ obsũt gracie diui
ne. ita grãde ꝙ tollerẽt merita. Vnde Prosper li. epi.
Nõ merita obscurat grãdia culpa leuis. Illi igit̃ sunt
laudabiles qui sine peccato viuũt: si qui fuerint tales
nec tñ illaudabiles sũt quoꝝ desideriũ est peccare nol
le: quibꝫ multũ ꝓdest. si carnis subiciãt motꝰ a quibꝫ
lex mẽbroꝝ tota dissoluit̃ q̃s motꝰ reꝑmẽ difficilimũ
videt̃. nisi cristianoꝝ mẽti cristus preponat̃. Vnde ꝓ
sper li. preallegato. Mẽs nulla poterit carnis cõpescẽ
motꝰ: nisi fuerit cristus semꝑ amore presens. Fideles
igit̃ cristum in exẽplar accipiãt: passionisq; sue cõme-
morẽt misteriũ: ut caro mortificata fletibꝫ viciis non
germinet. Nã facilꝰ est vicioꝝ inicia ꝓhibere q̃ eoꝝ
impetũ regere. Vnde Oui. de re. Terra inq̃t saluti-
feras eadẽq; nocẽtes herbas nutrit. & urtice sepe ꝓ-
xima rosa est. Vtile ꝓpositũ est seuas extinguere flã-
mas. Et subdit. Opprime dum noua sũt mala semina
morbi Nã mora dat vires teneres: mora ꝑcoquit vuas
Qui nõ est hodie cras minꝰ aptꝰ erit. Vide ergo pri
mũ fuit sanabile vulnꝰ. Per lõge dilatũ damnat̃ ipsa
mora. Que uerba nihil aliud sonãt nisi ꝙ absq; dilacõe
motꝰ carnis sũt deprimẽdi cupiditasq; abiciẽde. Vnd̃
ex ꝓuer. sapientum colligit̃: ꝙ forcior est putandus
qui cupiditates subicit q̃ qui hostes suꝑat. Ad hoc au
tẽ ꝙ cupiditates subiciant̃ nihil tñ ꝓdest: sic̃ si oculus
& auris a ꝑcepcõe mũdanoꝝ subtrahant̃. Vnde Sene
ad lucil. ep̃. lxix. Qui inq̃t deponere vult desideria re
rũ oĩm q̃ꝝ cupiditate flagrauit oculos & aures ab his
uertat. Nã cito affectus quocũq; se uertit rebellat. &
idẽ Sene. ep̃. ii. Proice inq̃t quecũq; cor tuũ dilaniãt

que si alit extrahi nequeāt cor tuū ab illis leua. iuxta illud euāgelii Si oculꝰ tuꝰ scandalisat te erue eum et ꝓice eū abs te

Capitulum. xii. de Sinceritate vite antiquorum

TEste Tu. ī tus. ques. li. v. Stoici bonoꝝ finē esse senserunt: & cōgruere nature & cū eo cōueniēter viuere. Nā teste Apuleio. li. de deo Socratis. Nihil est deo graciꝰ & similiꝰ q̄ vir animo pfectꝰ & bonis qui ceteros ātecellat his testimoniis deducit̄ ueteres vitā bonā collaudasse. Nā teste Tu. ī oracōe ꝓ legato: nihil tā populare q̄ bonitas vite. Et Lactan. li. de falsa religiōe. Benedicere ī quit ad paucos ꝑtinet bñ autē uiuere ad omnes. Nam qui male viuūt naturā offendūt: qui autē bñ viuūt naturā cōgrue dotāt. Vnde Tu. li. de amicicia. Illos inquit bonos viros appellandos putemꝰ qui assecunt̄ q̄ homīes possunt naturā optimā bñuiuēdi ducētes. Et in tus. ques. li. iiii. Amplissima inqt oīm arciū bñuiuēdi est disciplina: quā vita magis q̄ litteris quidā ꝓsecuti sūt. Ad hoc enī natꝰ est homo ut ī virtutibꝫ ꝓficiat. Vnde Varro ī suis sentēciis. Viatores inqt nō essent nisi ut eāt: & vita nō sine causa fit: sed ut ī ea aliquid preclaꝝ fit. Et Sene. ep̄. lxxvii. ad Lu. Vita inquit nō est īpfecta si honesta sit. Et cōcludit ꝙ tā longa vita est q̄ diuturna sūt bona opera. Antiq̄s igit̄ nouimꝰ virtutibꝫ ītēdisse viteq; honestatē precōmēdasse. Hoꝝ igit̄ exēplo bñuiuere cristiani discāt quibꝫ ex iure maior obligacō cōpetit. Nā teste Oracō ī sermonibꝫ. Homo factꝰ est ad vnguē. qa scꝫ vita eiꝰ precise circūuallata est. Dices fortassis te bñuiuere nō posse ꝓpter obloq̄ces qbꝫ mos est iustoꝝ deridere simplicitatē: & deuotos ypocritas nominare: cultūq; dei ī derisū subuertere. Queso tñ ut hoꝝ loq̄citas a bono aīm tuū nō reuocet: quoꝝ uerbula friuola stultaq; & irrita eloquia nullo sūt pōdere digna. Vnde Catho. Cū rec-

te viuas nō cures uerba malox. Arbitrii nostri nō est
qđ qsq; loquaē. Proxim9 esto bonis si ñ potes optim9
esse. Quia scđm Ora. li. de carminib⁹. Nihil est ab oī
pte beatū. Tutū est igiē ꝓximox exēplo doceri. At-
tēdat igiē vir prudēs ut ei9 vita bona sit. Hoc caueat
ne virtutes acqrere cesset. Vnde Petr9 riga in biblia
Te decet ut eas festiuesq; currere gressus. Virtutum
semp ad meliora celer. Vnde teste Oui. li. iii. de arte
amādi. Magnū op9 est mores ꝺpositisse bonos. Sed re
uera teste Claudiano ī maiori. Inqnat egregios adiūc
ta supbia mores. Quia sęz plurimox vitā supbia ducit
ad ruinā: aut quia sua presūpcō īpedit eos: ne timeant
deū: aut quia sua temeritate vite acerbitatē attēptāt
quā manu tenere nō valēt. Omnis enī vita bona oīm
q; virtutū opa licita sūt sed null9 omīa facere potest.
Idē Virgi. ī bucco. Arbores ī siluis pulcerrima poma
ī ortis: popul9 ī fluuiis: abietes ī mōtib⁹ altis. & sub-
dit. Nō oīa possum9 oēs. Quia sęz sīc null9 oēs arbo-
res attīgere uel seccare potest. Sic nemo viator omēs
virtutes potest adipisci. Sic tū q; oīm opa iugiter ex
erceat oīm tū virtutib⁹ potest illustrari. Sed quis die
bus bis bīuiuere valebit. Nīā peccare pudor nō ē sed
poci9 viuere sancte pluribꝰ irrisio videē: delictox q; ī
numerabilia currūt exēpla. Quis igiē resistet. Reuēa
tūc bene agere laus est quādo virtutes ꝺprimunē. nū
quid eī laudaē certamē militū dū hostes irruerūt: nū
quid enī paruu9 globꝰ ī nocte cādescit. Cādela enī ex
ignis suffragio dom9 grādis illustraē: q; nullū ī die ꝓ-
beret obsequū. Sic eī tua opa lucebūt si ī tenebris hu9
tpis fiāt: si bon9 ī tēporib⁹ malis īueniaris. Iuxta il-
lud Marciaē coci. Tēporib⁹ malis ausus es esse bonus
Quod laudabile est vt quāto asperior est fortuna vi-
uēdiq; norma difficilior: tāto quis sit melior. Bonitas
uero ī bonis moribꝰ cōsistit: de quib⁹ Sene. ī li. de q;-
tuor virtutib⁹. Nī sis inqt arrogās nō audax admone

libenter: reprehẽde pacienter: Cõtendẽti cede: cũctis
esto benign9: & hui9modi que ipse ibidem extensius
docet. Vnde idẽ epõ. v. ad Lu. Illud inqt agam9 ut vi-
tã meliorẽ seqmur q̃ vulgus. & subdit. Tẽporeẽ vita
inter bonos & publicos Teste Augusti. Turpis ẽ oĩs
pars vniuersꝰ suo nõ cõgruẽs. Nec dec3 viꝝ prudentẽ
quorũlibet moribꝰ se cõformare. Quot enĩ capita tot
sensus & gest9 sufficit enĩ uolũtati dei se spõte submit
tere. Quis enĩ possit tot hominũ uolũtatibꝰ obedire.
Nã teste psio. Mille hominum species & rez̃ discolor
usus. Velle suũ cuiq̃ ẽ nec uoto viuit̃ vno. Et Seduli.
li. i. Hic loq̃t nimis hic tacet hic ãbulat: & hic stat: alt
amat fletus: alter risus querit diuersisq̃ modis pars ẽ
uesania cũctis. Itaq̃ hoĩm nõ eadẽ ẽ uolũtas. Ipsis igi
tur alludere nõ oportet ut bene viuaẽ. Quia teste Oui
li. i. de arte amãdi. Nõ eadẽ terra parit omnibꝰ viciba
illa. Cõuenit hic oleo hic bñ faba virẽt. Pectoribꝰ mo
res tot sũt quot ĩ orbe figure. Qui sapit ĩ numeris mo
tem que possidēt ipsorum ita sunt: ut communicare nō audeant nisi cōmunicando sua bona ampliora videant Amicorum tamen omnia debēt communia fore. Vnde Therencius in adelphis. Vetus verbū hoc est: communia esse amicorū inter se omnia. Et Salustius in Catbe Idem velle atq; idē nolle vera amicicia est. Itaq; si quis a culpa vacuus eciam in amiciciam prauorum ſciderit quotidiano vsu atq; illecebris ſimilis aliis efficit. Videat igitur qui amat ut quem diligit bonus ſit. In malo enim amicicia non est. Vnde idem Saluſtius in iugurtino. Omnes eadē capere eademq; odisse inter bonos amicicia & inter malos ficcio est: & non amicicia Quomodo enim amicicia esset ex quo peccatum eos copulat. Nempe vnum vicium ad aliud trahit & ſi auarus fuerit amicus forte ira ſupueniet: uel forte ſuperbus erit. Si autem ſuperbus ira ſupueniet. Ecce qualis amicicia. Nulla enim est ex quo peccato maculatur. Quis enī diuiſit āgelos niſi ſuperbia: quis fratres primos niſi ſuperbia. Sic & plures qui putantur amici: ſimilibus cauſis diſſoluuntur. Nam inter amicos debet fore caritas ſine temeritate: communitas ſine cupiditate. Vnde Seneca ad lu. epiſtola xlviii. Conſorciū rerum ōnium inter nos facit omnia. Et ſubdit: omnia cum amico cō munia amicus habebit. Nam pitagorica opinio fuit: amicorum omnia esse communia: & amicum esse aliterū se ipſum: ut refert Iero9 contra Ruffinum. Vnde Ouidiii de triſtib9. Hi duo cōporibus: mētibus vnus erāt Et loquitur de amicis. Et arator li° ii. Repellit errō in diuerſa trahens: cum ſpiritus efficit vnum: vnitaſq; ex concordia venit Concordia vero in bonis est. Vnde proſper li° epig. Moribus iuſtiſſimis pulcra est concōdia pacis. O igit poſco inquiramus quo pacto queat vera amicicia vendicari Audiamus Ouidium ii de arte amandi dicentem: ut ameris amabilis eſto: duplib9 est verbis alliciendus amor. Vnde Ma. li° de Thobia

Est prauio dignus amoris amor. Et Heccaton stoicus Si vis amari ama. Ex quibus apparet q̄ nullo laqueo quis tam cito capitur sicut amore. qui obsequorum dulcedine conseruatur. Vnde Catho. Vincere cum possis interdum cede sodali. Obsequio dulces quoniam reti nentur amici: Ira odium generat cōcordia nutrit amorem. Itaq; mutuis pacienciis amicabilis conuictus conseruatur. verbisq; beniuolis: exhortacōibus & iustis increpacōibus inter sapientes amor solidatur. Vnde Tulio de viciis. Vita victus cōsilia: sermones exhortaciones interdum & obiurgacōs maxime in amicis vigēt Itaq; est iocundissima amicicia quam similitudo coniugauit. Nec mireris si libeat redarguere amicū: quia redargucio amore prolata sapienti placet. Ceterū scis sitem ire. Car amicicie inter homines nō apparēt: aut enim homines sunt quales non fuerunt: aut veteres si cud nec presentes mutuo se dilexerunt q̄d absit. Quid igitur dicendum libeat non occurrit: nisi q̄ imparitas voluntatum & distinctio desideriorū amicicie detrahit viam. Teste Oracio in suis epistis. Oderunt hilarē tristes: tristemq; iocosi. Sedatum celeres aggūet grauemq; remissum. Potores bibuli mediaq; nocte phaleni Oderunt porrecta negantem poenla Itaq; gulosi obscenos non amant lubrici castos. Quamobrem appetituum varietate confunditur amor. Impiis igitur non est fedus huiusmodi adhibendū eo q̄ contrarium amori impeditatū habent. Vnde plautus in anlularia Conuentus bacborum & ioca friuola non quero ut amorē pariant: vtinam nihil odiosum darent. Talibus igitur ineptis desideriis vere dilectioni contēdicit sepe. Rursus animaduerte frequenter quosdam fore amicos nō hominum sed munerum. Hi sunt sodales non amicicie sed fortune. De quorum amicicia inquit Senec ad lucepistola ix. Qui vtilitatis causa assumptus est: tā diu placebit: q̄ diu vtilis fuerit. Nam circa diuites amico

rum turba circumsedet: sed circa aduersa solitudo est quia tales fugiunt amici vbi probantur. Varro in suis sentenciis. Si vis amicum experiri calamitosus fias. Et Quintilianus ca. xv. Nescis inqnit an diligat: cuiꝰ experimenta non habentur nisi felicitas. Plures enim infelicitate diligūt sed aduersitate infortunio desperāt quia deest fortuna cuius gracia amabant. Vnde Boe. iii de cōso. Quemcꝫ felicitas amicum fecit: infelicitas faciet inimicum. Nulla pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus. Nam causa deficiente amoris: nimirum si deficit zelus antiquus. Nam Tarquus ex lio datꝰ primo cognouit quos fidos habuit amicos In prosperitate enim non cognouit ut narrat Tulˡ libº de amicicia. De talibus ait Ouidius li de ponto. Vulgus amicicias vtilitate probat. Reuera tamen ut subdit idem Ouidiꝰ. Turpe sequi casum & fortune cedè amicum. Et nisi sit felix puto esse negare suum. Vnde ipse Ouidius in exilio positus libº de tristibus amicis suis dicebat. Vix duo tres ve mihi de tot superstis amici. Cetera fortune non mea fuit turba. Illud amicicie sanctum & venerabile nomen. Ne tibi sub pedibus iaceat donec eris cꝫ felix. Tempora si fuerint nubila solꝰ eris. Et petronius. Cum fortuna manet vultū seruabis amici. Cumcꝫ ceciderit turpi verticis ora fugandē O qualis amicicia: reuera ficta est. Nam teste Catbone. Vna dies qualis fuerit monstrabit amicus Proch dolor tamen ut dicit Mathe9 in liº Thobie. Fluctuat ad sensum venalis amicus egenum. Ne verus resonet nec fabricatus amor. Et Marcialis coquus. Hic quem mensa tibi tua preponit amicum. Aprum amat & mulos terrestria: non te. Quē bene si tenerem noster amicus erit. Tales enim amici sunt empticii: sermonibus enim tantūmodo coniunguntur: mēte vero uel factis minime adhærent. Vnde Tibullus liº ii. Ne vos decipiant pendencia brachia collo, Ne capiat blanda sordida

ligua prece. Quia scilicet a talibus est cauendum. Vnde Sedulius in carmine pascali li° v. Traditor ĩmittit idest non mittit fert ꝓditor impius latro. Quod sono simulat & amica fraude salutat. Heu q̃les quam ficti amici: nam presentibus fauent: & post tergum insidiantur. Vnde Oracius li° sermonum Absentem qui rodit amicum presentem autem defendit alio culpante. Hunc tu romane sedule caueto. Nam cauẽdi sunt qui nec secretum tenere sciunt: nec assistere volunt. Consilium itaq; est ut quis discedat ab amicicia illoꝝ: quoꝝ finis racione intentus non est. Vnde Tul' li° de amicicia. Precipiendum est bonis vti: si qui inp̃uorum amicicias ignoranter inciderint ne existiment ita se alligatos ut ab amicis in rep. peccantibus non discedant quia nulla tenenda est amicicia que recto non coniungitur fini. Omnium autem finis deus est: gracia cuiꝰ cetera debent amari.

¶ Capitulum ix. de correccione caritatiua

NOn est amicus qui peccantẽ amicum non corrigit Amicicia enim in cristo esse debet: sed in cristo non est si peccata libenter permittit Vnde Catho. Cumq; mones aliquẽ nec se velit ille monere. Si tibi sit carus noli desr. cep. Quod nosci factũ non recte: noli tacere. Ne videare malos imitari velle tacendo Vulnera dum sanas dolor ẽ medicina doloris Quia teste Oracio in epistolis. Et neglecta solent incendia sumere vires: quia scilicet peccata non correcta de facili crescunt. Ideo Tul' li° de amicicia. Monendi inquit sunt sepe amici & obiurgandi: sic tamen ꝙ monicio acerbitate: & obiurgacõ cõtumelia careat: & tũc beniuole fiant. Verumtamẽ mos est hodie plurimum corrigi nolle Ipsis enim veritas est odium: Iuxta illud There. Obseqũ amicos veritas odiũ parit. Et subdit maxima autem culpa in eo est: qui fraudem querit & qui veritatem aspernit. Vnde Salustius in Iugurtino

Odium querere extreme demēcie eſt Illi vero odium querūt qui veritate audita correccioīs caritatiue ſub cōtextu īpacienter audiunt. Nec reputant amorē niſi eciam alius faueat illicite voluptati. Verūtamē qui fidelis eſt a correccione caritatiua non deſiſtat. Iuxta illud Seneē ii de clemencia. Malo eorrigendo offendē quam adulando placere. Verumtamen frequēter correccio caritatiua ab amicis pretermittīt: atq; de aliis minime curam habent. Dicunt enim in cordibus ſuis. Quid mihi quid alii agunt. Iuxta illud Theren. ut qd aliena cures que ad te non pertinēt. Alii vero corrigē ptermittunt: eo q; eorum amici ſuſcipere correccionē recuſant: ſed minime recuſare debēt. Omni enim tempore correccō beniuola bona ē Tunc enī beniuola dicīt quādo aſperitati aliqua dulcedo miſcet. Vnde ī ꝓver ſapientum dicīt. Obiurgacioni ſemper aliquid admiſceas blandicie ne zelumq; dei conmemores & in te peccātibus miſereris. Sed plurimorū aures clauſe ſunt & veritatem ab amicis audire nequiunt vtinam attende rēt illud Seneē epla xxii ad lucil. Mutua emendanda ſunt vicia: nec amo illum ſi proficere non curat. Malo inquit mihi ſucceſſum quam fidem abeſſe Ideo Tulli9 in oracione ad Procellum Ammoneo te ut a rerū ēpitudine caueas: & ne in alterum dicas que cum dixeris dixiſſe erubeſcas. Sed quis audebit amicum aut aliū redarguere. Nā mūdi tāta ſupbia ē: ut null9 redargui velit: non ſolum priuatim aut ꝑſonaliter: quinimo ea que publice dicunē in obprobrium delictorum: plures male accipiūt & pro ſe ipſis dici paralogiſant. Contra quos Plaut9 in aululatia. Nemo inquit ſibi met arbitretur dicere qđ nos dicimus populo neq; ſibi met cauſam conſtituet: quaſi ex ioco Aduertāt autem alios q corrigere petunt ne corrigendo ea tangant que noue runt corrigi non poſſe. Obſtinatis enim predicari non prodeſt. Fortaſſis enim eorum peccata creſcūt eo per

acto quo commemorantur: & peccandi voluntas ex reprehensione frequēter illis accrescit Iuxta illud Ouidii li° de ponto. Vulneris id genus est q cum sanabile non sit: non contractari tuciusesse puto curādo Fieri quedam muora videmus vulnera que melius non tetigisse fuissēt. Vnde idem li° ii de tristibus. Eripit interdum: modo dat medicina dolorem. Itaq correccio non in omni tempore prodest: sed persona & mensura conmēsuranda est & considerāda. Vbi tamē quis amicum sentit corrigere non desistat: eciam si molesteca piat quod ei dicitur. Durus enim animus assiduis correccionibus ad lacrimam inducitur quandoq ipsius furia correccōis acerbitate moderāda est. Iuxta illud Ouidii lib° i primo de remediis. Dum furor in cursu ē currēti cede furori. Difficiles aditus impetus omnis habet. Et subdit Impaciens animus nec aduc tractabilis arte. Resspuit atq odio verba mouentis habet Et ideo sequitur Aggrediar melius tunc: cum sua vulnera tangi. Iam sinet & veri vocibus aptus erit. Cum derit lacrimas animumq impleuerit egrum. Ille dolō verbis & moderandus erit. Temporibus medicina valet data tempore prodest. Et data non apto tempore vina nocēt itaq alium corrigere cupiēs presertim amicum temporis oportunitatē querat & mediocrē acerbitatem obseruet: ne superbie signaculum aut rācoris manerie continere videatur: sed pocius caritatiua & amicabilis perpendatur

Capitulum. x. de pietate

Pietatem humanā suadet natura. Omnes enim homines vnius nature sunt Quamobrē penes omnes pietatis opera sunt exhibenda. Vnde Sen. in tieste. Nulla vis maior pietate vera est Quos cum q enim verus amor tenuit hos pietas tenebit. q.d q hi alias non amāt nisi pietatis officio eos confoueāt Attendamus enim: quoniam qui pius est aliis pietatē

pro se ipso ĩpetrat Vnde Vale li° v Humanitatis inqt
duc ledo: & infrenata barbarorũ ingenia penetrat: &
hostiũ oculos mollit: & ĩter districtos tirones placitũ
iter reperit. Nulla inqt acerbitate fortune: nullis sor
dibus precium pietatis erubescit, Vnde ibidẽ narrat
de muliere quadam: q̃ apud tribunal capitali crimine
damnata in carcere necanda tradita fuit: sed carceris
custos misericordia motꝰ non eã ꝓtinus strangulauit:
prefateq; mulieris filiam adire permisit: sic tamen ꝙ
nullus cibus ei adhiberetur. Transactis igit̃ pluribus
diebus mirabat̃ carceris custos: cur mulier non more-
retur Sed animaduertit ꝙ filia sua: suo vbere matrem
suscẽtabat. Que pietas cum iudicibus notuit prefate
mulieri veniã impetrauit. Similisq; historia de q̃dam
alia filia legitur: que patrem seuissime custodie tradi
tum pariter gubernauit veniãq; sua pietas conformit̃
impetrauit. Nihil igitur ita propicius: ut delictorum
obtineatur venia: quã pietatis exercere opera: prout
caritas petit. Rursus idem Valerius ꝙ cum rex dari-
us cõtra sitas impetum faceret: interrogauit an fugi
turi aut pugnaturi essent. Responderunt se nec vrbes
nec agrorum culturas habere pro quibus dimicarent
sed ad patrum monumẽta confugerẽt. Quo dicto bar
bara gens ab õni feritatis crimine se redemit. Prima
igit̃ & optima rerum natura pietatis magistra ẽ que
nullo vocis ministerio: nullo vsu literarũ indigens pro
priis viribus caritatem parentũ: liberoꝝ peccatoribꝰ
infudit. Si enim quis loqui nesciat: nihilominus a na-
tura pietatem docet̃. Vnde Valerius vbi supra. Quis
enim plaustris vagus & siluarum latebris cõpora sua
tegentes: ad modumq; ferarum: lanicitu pecudum vi
uentes. Sic dario respõdere decuit. q. d. ꝙ natura do
cet pietatem inuenire non verbis sed operibus. Que
quidam natura filium Cresi loquendi usu deficiẽtem
ad protegẽdam patris vitam instruxit. Nempe inter

omnes pietas esse debet: & signanter si consanguinitas aut parentela habeat. Vnde Stacius in thebaidos lib° xviii. Prolis amor crudelia vincit pectora. Et Tul' in primo rethorice. Pietas est per quā sanguine coniūctis patrieq; benuolis: officium & diligens cultus tribuit Vnde Petronius. O maxima rerum pietas hominum tutissima virtus: que scilicet pietas in hoste probatur vt inquit Quidius in de tristibus. Hlis igitur attētis erubescāt fideles in quibus modica vel nulla pietas ē Fortassis enim gentilium: prelibatā pietatem non imitantur: quia non solum pietatē negant his quibus inimicantur: sed etiam quibus amicari se iactant. Quod fecisse veteres tiranni non leguntur. Vnde narrat Valerius vbi supra. Cum quidam adolescēs accēsus esset amore cuiusdam filie tiranni: contigit q; si publice obuians: osculatus publice eam fuisset. Prefati igitur tiranni suadebat vxor vt capitali supplicio puniret. Cui tirannus Si eos inquit: qui nos amant interficim⁹ qd his faciemus quibus odio sumus. Hec enim vxor ore tiranni audiens in hunc modum: filie tulit in iuriam. Rursus de eodem tiranno refert Valerius q; cum Crasippus amicus suus i cena cum eo cōcitaret & iurgio iterueniēte in eius faciē dspuerēt: vindictā nihilomin⁹ accipere noluit cū potuit: quinimo suos filios violata patris maiestate: subuenire cupientes retraxit. Postea autem Crasippo se humiliāte in pristinum fedus amoris eum sibi reconciliauit. Ceterum idem Valerius de pirro rege refert: q; cum quosdam audiuisset in conuiuio tarentinorum turpia de ipso loquentes percūctari & perscrutari cepit a quibusdam qui ibi fuerant incōuinio: an talia de ipso dixissent. Qui respōderunt: nisi vinum nobis defecisset: que tibi relata fūt: puca videtur respectu eorū: que de te locuti eramus Quo dicto vrbana crapule excusacio veritatis q; simplex cōfessio iram regis conuertit in risum: suaq; pietate obtinuit:

vt tarentini sobrii gracias agerent: & in posterū ebrii bene loquerentur Audiuimus igitur illud pietate adeptū fuisse: quod crudelitas obtinere insolita est. Illi igitur se homines non dicant qui pietatē humanitatī debitam non habent: nec debet putari magnitudo animi virtus sed crudelitas vbi comes non fuerit pietas Vnde Tul li° primo de offi. Porro animi magnitudo: remota pietate & cōiunccione humana feritas quedā & inhumanitas est. Et ibidem li° iii. Sicud quedā amputant membra si languere & spiritu carere ceperint ne noceāt ceteris partibus corporis. Sic in figura illa hominis feritas & inhumanitas a cōmuni humanitate & pietate segreganda est. Nam pietate condicio humana obseruatur: & indignatus homo mitigat. Nam teste Oracio in epīs. Nemo adeo ferus q non miteſcē possit. His concluditur sermonibus caritatis opus pietatem esse: naturamq pietatem querere

Capitulum xi. de pace & concordia

Caritatis filia pax est: nec mutuo cari sunt q concorditer non viuunt. Vnde Tul Philippica ii. nullum est armatorū presidium: nisi beniuolencia & caritate circūseptū sit. Nomen enim pacis dulce est: & ipsa res salutaris: nec est aliud quā trā quilla libertas: nec tamen est illa reputanda pax que vicis consentit. Vnde Seneca lib° de moribus: pacem habeto cum hominibus: bellumq cum vicis. Et fulgē cius li° ii mitologiarum. Sapiētes viri maiorem cum vicis quam inimicis pūgnam gerunt. Nunqd igitur lamentandum occurrit: si plurimi se pacem habere dicant: quorum voluntates consentanee sunt in malum. Quomodo ergo pax erit vbi princeps discordiarū diabolus regnat: quomodo eciam pax est tecum si tua voluntas tue racioni contradicit. Si aliud vis & aliud te debere velle iudicas. In nullo enim scelere pax ē. Rursus & pacem habent: qui rem publicam prospē regere

petunt. Nam teste Salustio in Ingurtino. Concordia parue res crescunt: discordia maxime dilabuntur. Et varro in suis sentēciis Alit autem concordia mores & cohabitancium animos formar. Sapiēter autem rem publi. non regunt: qui non nisi prelia querūt. Non sūt enim querenda prelia: nisi ut pax melior habeat. Qui autem bellant ut pacem habeant non discordiam: sed pacem querūt: qui si pacem haberent: vtiq; non repūgnarent. Eorum igitur pugna via pacis est. Qui vero pugnant pace non intenta dissipatores cōmunitatum sunt. Vnde Tul li° primo de offi. Quare inquit suscipienda sunt bella: nisi ut inpace viuat itaq; bellum suscipiatur: vt nihil aliud nisi pax haberi videatur. Vnde didimus ad Alexandrum. Nos bella non gerimus: sed pacē moribus non viribus cōfirmamus. Sola fortuna est aduersus quam sepe pugnamus & semper vincimus. Itaq; non contra pacem: sed contra fortunā pūgnabat. Sic enim pugnanciū scilicet cōtra pacem pua intencio est. Vnde merito & veterum mos vsq; ad presencia tempora habetur: vt in nullis pugnare liceat: nisi tractatus pacis precedat. Vnde tempus ante pūgnam prefigebatur: inqua pars vna alteram alloquitur Si autem pax haberi non posset: prelium sequebatur. Si qui autē ad huiusmodi tractum flectere noluerint arbitrando se omnia posse obtinere: nimirum si casus cōtingat illis. Vnde Iulius celsus in li. de bello gallico ipsius Cesaris li° iii. Inter duos inqt bellātes: hoc vnū tempus de pace agendum est: dum sibi vterq; confidit Qui si alteri paululum fortuna tribuerit: vix vtetur condicionibus pacis qui superior videtur: ne equa parte contemptus erit: qui omnia credit se habiturum. Et procul dubio qui pacē abnegat suo renunciare iuri recusareq; videtur Aliquando tamen vtiq; melius est iuris partem relinquere: quā sui occasione animas perdere: quia pace nihil melius est. Vnde prosper li. epig

Moribus in sanctis pulcra est concordia pacis. Sper
nuntur mundi prelia pace dei. Et Lucanus libro pri°
Heu miseri qui belli gerūt. Et subdit Impia & eternā
ruperunt secula pacem. Et idem libro ii. Minima rerū
discordia turbat pace summa tenentē. Et libro x. Nul
la fides pietasq; viris qui castra secunt. Venalesq; ma
nus ipsas vbi maxima merces. Quia scilicet plures re
putant illud esse licitum quod est lubricundū. Absit
igit discordia queq; a nobis. Quia teste Cathone. Ira
odiū paritzē Et prudenci9. Pax plenū virtutis opus
pax summa laborum. Nil placitum est deo sine pace:
nec mun9 ad arā Et subdit Omnia ppetit paciēs atq;
cuncta tenet a deo. Nunquid lesa dolet cuncta de sen
sacula donat. Ex qnibus apparet q; vir paciēs est paci
ficus: viri ecia pacifici munera deo placēt: sed litigan
nunquam

Ca. xii. de vero & ficto amore

Dolleccio ficta vel decipere querit vel saltē obse
d quio non intēdit. Quicūq; fuerit fictus amor
pdicōe suspect9 est: absit igit talis: sed verus
amor assistit: quia singula verus amor iūgit: offensas
mutuas cauet: obsequia q; ipendere facit Vnde virgi.
in bucoli. Omnia vincit amor & nos tendamus amori
Et idem de amore loquēs li° iiii Eneid ait, Improba
non moralia pectora cogis. Et Ouidius in epīs. Res
ē sol liciti plena timoris amor. Credula res amor ē. au
rib9 iterdū voces captamus. Nēpe qui amat solicitu
dine placet. Et nocere timet protegere eciam querit.
Vnde Ouid9 in li sine titulo Felix qui qd amat defen
dere fortiter audet. Quod tamen amor improbus non
audet: vt ponit Ouidius libro de fastis. Pauci deū ta
men amare sciūt. Quoniam amare & sapere vix a deo
conceduntur: vt ex prouerbiis sapientum coligit. Plu
res etenim ideo amant quia precium ex amore sperāt
Tales autem non hominem sed eius munus diligunt.
Quia vt ponit Ouidius li° preallegato. Non querit p

cium vitam qui debet amare. Et prosper libro epigra
Ancipitis vite quãuis si superare labores. Dilige qđ
vet9 amator semper habet Quia scz hõ debet cõtẽtari
de eo qđ amic9: habet nec debz ꝯtermitti amor si mu
nerum copia desit. Vnde teste Sidonio in suis epl'is li
quinto. Perfecta dileccio: non tantum debet recolere
officiorum merita sed & volũtatum quantitatẽ: quia
scilicet perfecta dileccio beneficiorum quãtitatem nõ
ponderat: sed voluntate contentatur. Nam teste Ma
theo in Tobia. Gracia dum nubit nature tunc fructus
amoris plenior est. Nullus enim melior amor est: quã
ille cui9 radix cupiditas nõ ẽ: sed gracia que in cristo
terminat. Vnde Sedulius Forcia vincula dedit pecca
ti seua potestas. Dilectis amor cristi forciora vincula
dedit. Sed procul dubio quamq̃ teste philosopho om
nia bonum appetunt: plurimoꝝ tamen inest non cristo
sed viciis amor. Nam in quibus nutriti sunt hec dili
gunt homines. Si habeant igitur mali quod diligunt
abuntur amato. Si autem careant: tunc viciorum flã
ma grãdiori escuat amore. Vnde & qui pauperes quã
doq̃ sunt impacientes redduntur ꝛc. Et sic eciã patet
de incontinentibus qui feruẽciori amore licet prauo
anhelant. Vnde Ouidius li° iii de arte amandi: mora
semper amãtes ĩcitat. Et libro iiii methamorphosios
Tempore crenit amor quo magis tegitur ipse. Nanq̃
tectus magis estuat ignis. Et ibidem libro vi. Nec ca
piunt inclusas pectore flammas. Iste est mũdanorum
amor qui nõ clarescẽ sed pallere facit. Iuxta illud Oui
libro primo de arte amandi: pallet omnis amans: hic ẽ
color aptus amanti. O vtinam a cordibus iste recedat
amor: allicit sed inficit: primo placet tãdem displicet
Magno labore vendicat: & cum exiguo gaudio possi
detur. Talis enim est terrenorum amor: quorum q̃to
quis fit maior possessor: tanto iugiter diminuit amor
Discat igitur fidelis bona spiritualia vere adamare:

in quibus dum speranē & non habentur est plenitudo desideriorum: & cum possidentur est amplitudo gaudiorum. Rursus discant homines mutuo se amare scz in cristo: alius enī amor cito deperit Experimur enim tot in seculo se predicare amicos: inter quos sola ficcio est: quia eorum amor non in cristo sed in vanitate est Amor autem vanus semper est fictus & more vanitatis mox decidere solet. Hoc enim amore: liberi plures suos diligunt parentes: quorū mortem fictis lacrimis plangunt: sed mente eorum: diuturniorem vitam non cupiunt. De quibus Senēc ad su. epistola lxiii. Quis inquit hos estimat amicos qui negligentissime cū amicos habeant: in sermone lugent: nec amant quempiam nisi perdiderint. Ideoq; tunc effusius merent: quia verentur ne dubium sit: an amauerint. De ipsorum lacrima inquit Tul. Nihil lacrima cicius arescit. Et Iuuenalis libro v. Maiori tumultu planguntur nummi q̄ funera. Fingit in occasum summam deducere vestem Contentus vexare oculos humore coacto. Ploraē lacrimis amissa pecunia veris. Itaq; tales amici nō diligūt sed se diligere fingunt: nec lugent pro amico sed pro damno flere videnē: sed hoc faciūt non dolore sed volūtario more. Vnde Ouidius libro ii de remē. Vt flereē t oculos erudire suos. Et Galterus in alexandreidos li. sexto. Leuiter aduenium: leuiusq; recedūt: scilicet lacrime. Et subdit Impendūt lacrimas miseris arcētib9 illis: quia scilicet tales se ipsos arcent & cogunt vt fleant. Vtinam tales se ipsos prius flerent: eo q̄ fingunt quod minime habēt. Vnde Horacius in poe. Si me vis flere dolendum est primum ipse tibi. Tristia mestum vultū verba docēt. Nam huiusmodi ploratores stultis femnabus comparantur. Vnde Catho. Femina dum plorat: hominem superare laborat. Audium9 igitur eorum reprobandū amorem: quorum fletus p amicis ficti sunt & apparentes. Sed eorum etiam reproband9

est amor: quorum ficta sūt gaudia. De quibus Tibu: Heu quam difficile est mutare gaudia falsa. Difficile est fingere tristi mente iocum: Non bene mendaci risus cōponī ore. Non bene solicitis ebria verba sonant Vnde Sidonius in epīs libro ii. Qui si quidam inquit barbarismus est morū sermo iocūdus: & animus afflictus. Et Tul' primo de offi. Turpe est valdeq; vicioſū mēte in re seua: delicatum ferre sermonē. Quę omnia faciunt ficti amici in quibus nulla est veritas

Capitulum xiii. de adulacione.

Adulacio veritatis inimica est: & omnis adulator verbo vel nutu mentitur. Ideo veteres sapiētes non solū adulari sed etiam adulatores nuncupari timuerūt. Vnde Tul' in ii rethorice. Nolo esse laudator: ne videar adulator Et Socrates: presentem minime laudare decet: nam adulator est diabolꝰ blandus. & sireni mortifere cōperatur. Nam blandiē auribus & interitum querit. Vnde Seneca li° viii. de naturalibus questionibꝰ Adulatoribus latus non prebeas. Sunt enim artifices ad captandos superiores. Hoc enim habēt adulacionū blandicie q̄ eciā cum rei ciuntur placent. Et ad id iam demencie venimus: vt qui parce adulaē pro maligno sumatur. Ipse enim Señ adulari respuebat: ipso dicente libro ii de clemencia. Malo inquit veris offendere: quam adulando placere Raro enim hec simul contingūt vt eadem vox sit dulcis & solida. Teste ipso Sene. ibidē libro iii. Qui igiē sapiens est adulatoribus minime credat: fictis enim sermonibus venantur homines: sicut prētextu pabuli hamo capiunt pisces. Vnde Petroniꝰ: adulatores ficti cum cenas diutū capiunt prius nihil pocius medicantur quam id quod gratissimū auditoribus putāt fore Vnde Sidonius in epīs libro iii. Sectator epularum laudabilem profert sentenciam: non de bene viuente: sed de bene pascente. Tales enim cum aliquid volunt

prius laudant postmodum postulant. Vnde Varro in
suis sentenciis Adulacionis species est: cum laus postu
lacionem precedit. Q vtinã tales ficti adulatores non
essent: nam errores in principibus generant: suoq; ve
neno suaui: aspidis more dormitando tangunt. Habet
enim venenũ oracio blanda: quo veneno pasci Dioge
nes recusauit. Vnde narrat Valerius maximus q dio
geni olera lauanti Arissippus dixit: si dionisio adulari
velles: ita non esses Cui diogenes: si tu ita velles dio
nisio adulari: non curares. Rursus pbus quidam dict9
Spẽsippus qui fuit nepos Platonis ex sorore adulato
res contempsisse legitur. Vnde cuidam adulanti sic di
cebat: nihil proficis: cum te intelligã. Et merito. Quo
niam teste prudencio: latitat lupus ore cruento: lacteo
lam mentitus ouem sub fellere molli. Nempe quicqd
adulatores dicunt: decipere nihilominus semper inten
dunt: quorũ impia verbositas in peccatis detinet mul
tos. Vnde prosper lib° epigr̃. ligua assentatrix vicium
peccantis acerbat: & delectatum crimine laude ligat
viam. Mirum igit̃ cur sapiens talibus mendaciis siue
mendacibus credat. Sed mirabili9 si quis ex laude sue
turpitudinis gloriam accipiat: quod faciunt isti sicud
qui de peccatis gloriant̃. De quibus propbeta. Quid
gloriaris in malicia qui potẽs es iniqtate. Horum enĩ
gloria nimis vana est. Bonus igitur si fueris pro mer
cede adulatorum: mẽdacia ne suscipias Si autẽ pecca
ueris tibi adulatori non credas Absit vt alieno sermo
ni plusquam conscientie tue credas: dicente Cathone
Plus aliis de te quam tu tibi credere noli. Cuiuscũq;
igitur gradus existeris: adulatorẽ respuas. Vnde Se
libro de quatuor virtutib9. Tam inquit tibi triste sit
laudari a turpibus quam vt lauderis ob turpia. Diffi
cilimũ tamẽ opus est assentaciones adulatorũ cõtinue
repellere: quorum sermones animum quadam volun
tate resoluunt: nulliusq; per assentacionem amicicias

merearis: nec aliũ tuam obtinere sinas. Et subdit non acerba sed verba blanda timeas. His tamẽ diebus adulatores promouentur. Licet Policratus libro iii ca pri° dicat: ꝙ omnis adulator virtutis inimicus est: licet similitudinem habet: tamen fraudẽ & prodicionẽ semp intendit. Cur igitur diligenter tales & veraces odio habentur: vtinam adulatorum cõsorcia tanq̃ venenosa vitarentur exemplo vlixis. De quo refert Senec̃ ep̃. quinqgesima quarta ꝙ claudebat aures sirenib9: quibus adulatores intelligunt. Ideo idẽ Senec̃ ep̃. xliiii. Venit inquit ad me pro amico blandus inimicus scilicꝫ adulatorum Adulatio autem ipsum cui fit infatuat: vt dicit idem epistola lxii. Quo igit̃ abiit magnatum sapiẽcia Vocibus enim adulatorum infatuati sunt. Si autem sapientes existerent: adulatorum oleo non impinguerentur. Vnde propheta. Oleum peccatoris nõ impinguat caput meũ. Super quo verbo dicit Augu9 Lingua adulatoris alligat homines in peccatis. Quã obrem Policratus libro iii ca xiii. Augusto loquens dicebat. Si deceptores istos idest adulatores extermina ueris. Deos te precellere non putabis. Nam adulatores suis mẽdaciis: homines mortales deificãt. Hi sũt enim scorpiones facie blandientes: cauda percuciẽtes vt inquit Ieronimus epistola lxxxiiii. Absit igit̃ illud Ezechielis iiii. tibi merito posse dici Cum scorpionib9 habitas. Super quo verbo dicit Gregori. libro primo Omelia ix Adulator tanquam Scorpio palpando incedit: sed cauda ferit. Et sicut Apes melĩ ore gerit: sed pungere querit. Et idem Grego. iiii moralium Adulatores lactant illos quos laudãt. Sed attende quid sapiens ꝓuer. primo dicat. Si te lactauerint peccatores nec acquiescas eis. Vnde Ysa. iii Popule q̃ te beatum dicunt te seducũt Super quo Ieronimus Adulatores inquit lactant illos quos laudãt & sunt hostes & scintille dyaboli: & propinant pocula mortis. Qua prop

ter Alexander nequam in libro de naturis rerum: adu
lacionem vocat venenum: melle mixtum. Hi tamē ser
monibus placēt: quia blādicias licet mēdosas exhibet

Capitulum xiiii. de hospitalitate

Caritas exigit vt fratrem & proximū in hospi
cio suscipiamus. Nam Abrahā hospitalitatis
amator extitit. Vnde tres angelos quos cre
debat homines benigne suscepit. Quamobrē meritis
quam plurimis apud deum claruit. Attēdamus enim
quomodo animalia irracionalia hospitalitatem habēt:
prout ait Ambro. in suo exameron libro ii. Discant in
quit homines hospitalia seruare iura: & ex auibus cō
gnoscāt quid hospitibus sit obseqi deputandū. Vnde
idem refert qualiter cornices ciconias sibi inimicas in
hospicio suo recipiunt. Et ideo cristianis loquēs dicit
homines hospitibus ianuas claudunt: quibus aues ani
mas suas offerunt. Insuper narrat. Policratus libº viii
ca. xiii q̄ infideles eciam proprios inimicos & hostes
secundum legem eorum in hospicio recipere consueue
runt. Eciam apud eos lex habebatur quisquis hospiti
negabat hospicium: eciam vsq̄ ad quartum diem in fa
mis erat: esto eciam q̄ hostis esset regionis aut ciuita
tis. Si tamen vltra quatuor dies detinebat quis hospi
tem: crimen incurrebat si tamen hospes inimicus erat
Ceterū libro vii ecclesiastice historie ca. xxviii narrat
quomodo sacerdos qui erat custos idolorū & inimicꝰ
religionis cristiane: nichilominus Gregoriū epm̄ gr̄is
suscepit qui cum a sacerdote illo recessit: sacerdos mo
re solito accedens idolum: responsa pecit: sed illud nō
respondit. Accidit tamen vt denocte demon sibi reue
laret: qualiter Gregorius episcopus ipsum de templo
ciecerat: nec ingredi audebat: nisi Gregorius eū licen
ciaret. Sed tunc sacerdos ad eundem episcopum acce
dens supplicabat vt propter hospitalitatem damnum
non incurreret. Petebat igitur vt idolum suum loque

retur sicut prius. Et tunc Grego. episcopus epłam in hec verba scripsit Appollini sulicz dyabolo. Permitto tibi ad tuum locum redire: eciã agere que consueuisti. Quam epistolam detulit sacerdos ille: & tunc idolum imediate demane sicut prius loquebatur Quod videns sacerdos cogitauit quomodo Grego. suo idolo forcior erat: atq; imperabat. Relictis igit idolis ad Gregori. concurrit: & baptizatus in fide tantum profecit q; in episcopatu sibi succedere meruit. Ecce q; bona hospitalitas que hospiti salutem ministrabat. Qua propter Tul libro ii de beneficiis ca. ii. Recte inquit laudãda est hospitalitas: quia valde est decorũ domos hominũ patere hominibus. Vnde narrat ibidem de quodam q Simõ dicebatur: q; hospitalitatem maxime amauit & suis subditis imperauit vt hospitibus de omnib9 pari derent Et Grego. libro ii Omelia iii dicit q; non solũ sunt inuitandi sed trahendi Vnde Cassianus libro v. collacionem narrat de quodam: qui si per quinq; dies hospites non habebat: tunc refeccionem suam deferebat sabato ad ecclesiam diligenterq; inquirebat an ibi essent aliqui peregrini: & pietate mot9 humana hospitibus prouidebat. Ideo prima p. iiii. dicitur hospitamini inuicem sine murmuracione. Vnde Seneca libro iiii de beneficiis ca xxviii de quodã milite narrat qui cum benigne fuisset suscept9 in hospicio cuiusdã fere xxx diebus: tũc recessit dicens: faciã tibi graciã si me contingat videre dominũ meum. Cum igitur peruenisset ad Philippũ regẽ macedonũ petiit sibi dari predia sui hospitis q sibi placuerãt: & suũ hospitẽ expulit Cũq; tñ regi narrata fuisset militis ingratitudo p̃dia iussit restitui pori hospiti. Amida ẽ igit hospitalitas q tãta beneficia confert. Vnde Augu. epistola lxxvii Omnes inquit sunt recipiendi ne boni excludantur

Tractatus tercius libri secundi de virtutibus cardinalibus Cuius primum capitulum est de vera iusticia

IVsticiã sibi fieri qui petit iusticie debet amator fore: vt scilicet vnicuiq; quod suũ est reddat. Iuxta illud Ambro. Iusticia est que suum cuiq; reddit: alienũ non vẽdicat: vtilitatẽ ꝓpriã negligit equitatẽq; custodit cõmunẽ Et iusticia rectissime cardinalis dicitur quia circa illã omnes alie versantur Nec tamen iusticia valet in eo qui timet: racione cui⁹ timoris iusticiã facere nõ audet. Vnde Tul' lib° iide offi. Nemo iustus essepot est: qui mortem: qui dolorẽ qui egestatem timet: aut qui contraria equitati anteponit. Nempe iusticia est vna omnium domina & regina virtutum: vt ponit idem Tul' libro iii. Fortassis iusticiam facere multi recusant: quia minas vel munera senciunt: hi etenim instinctum nature subuertunt. Quia teste Tul' libro de legibus: nihil prestancius q̃ intelligi nos ad iusticiam esse natos: nõ enim opinione sed natura ius est institutũ. Vnde Sene. libro de quatuor virtutibus. Iusticia est nature tacita conuencio Impii igitur verentur illos in quorũ manibus iusticia posita est. Eodem tamen pacto quo iusticiam deserũt naturam ꝓpriam & alienam offendũt: eo q̃ ius proximis non impendunt. Vnde Iustinianus libro primo institucionum Iusticicia est constans voluntas ius suum vnicuiq; tribuens. Et hugo Opus iusticie est motus mentis racionalis que secũdum deum incedit a cordis concepcione surgẽs: & foras vsq; ad accionẽ corpalem procedens Absit igitur vt quis pro munere iusticiam subuertat. Quia teste Tul' lib° preallegato de legib⁹ Iusticia est obtemporacio legibus scriptis institutisq; populorum. Et subdit. Id ipsum autem iustissimũ est iusticie mercedem non querere. Qui enim pro iusticia mercedẽ querit: iustus non est: eo q̃ stateram suis muneribus ad alteram partem trahere facit. Omẽs autẽ quo ad iusticiam equales sumus Absit igitur vt ꝓpria comoditate: quis seduct⁹: ĩ iusticiã alteri faciat. Vnde

Mercurius Termegistus Iusticia inqt nihil est aliud quam dei vocacio. Et subdit. Deus qui hominē generat & inspirat: omnes esse pares voluit: eandēq; viuendi cōdicionem omnibus ꝓposuit īmortalitatem ōmib9 spospondit. Nemo apud eum seruus est: nemo domin9 nemo diu pauper ē: nisi qui iusticia indiget. Nemo diues: nisi qui virtutib9 plenus est Ea ꝓpter ait Lactā. libro de vero cultu. Primum inquit iusticie officiū est coniungi cum deo. Secundum: coniungi cum homine. Sed illud primū religio dicitur: Secundum vero humanitas nominatur. Itaq; tam deo quam homini iusticia debetur. Iudex igit̄ sic iudicet vt deum non offendat: & proximo non iniurietur. Non enim est iusticia vbi crudelitas exercetur. Nempe Cambises tam crudelis fuit: vt iniustū iudicem excoriari fecit: & super iudiciariam sedem pellem iussit extendi: filiumq; eius proiudice sedere mandauit vt iniuste iudicare timeret: ne liberum iudicium pateretur: prout narrat Elimandus libro xv. Hec siquidem magna seneritas fuit quia quamquam debuerit iubere asperitas obseruari. Senerum tamen nimiū fuit: forsitan iubere excoriari Illa igit̄ sentencia quo ad ꝫelum iusticie facta fuit sed execucione aspera nimis: ut quidam affirmāt: quibusdam tamē aliis placet: nimio rigore iusticiam seruare non posse. Vnde Valerius libro vi. narrat de Athlāte ꝙ cum filius eius ꝓpter adulterium vtroq; oculo priuari deberet: ne lex quam ediderat ipsius occasione violaretur: sibi vnum & filio alterum oculos erui fecit. Ecce quam stricte iusticiam seruauerunt. Vnde arbitror impium iudicem: nimis aspere puniri non posse. Quia teste Ouidio libro pri° de arte amandi: nec lex aliqua vult punire sua iura. Nimirū ergo si iudex dānatur lege sua scilicet cum nocens absoluitur. Cur enī condite sunt leges: nisi vt seruarentur. Nam lege rita qui peccat puniendus est illa: signanter qui leges con-

didit ipsaſq; violauerit. Vnde narrat Valeriꝰ lib° viii de quodã Licinius nomine qui cum legem ſtatuiſſet ne quis amplius quam l. agri iuga poſſideret. Ipſe vltra legem comparauit: ut tamẽ crimen ſimularet: ſuo filio dimidiam partem emancipauit. Ob hoc a pompilio accuſatus: primꝰ lege ſua cecidit docuitq; nihil aliud debere ſibi impendi: niſi quod & prius imperauit Nam teſte Terculiõe in apologetico ſuo: ſuſpecta eſt lex que probari non vult probataq; ſi fuerit non dominatur. q. d. q lex ſi bona eſt ſeruanda eſt: ab illo signãter qui eam condidit. Vnde Catho Iudicis auxiliũ ſub iniqua lege rogato. Patere legem quã tu ipſe tuleris. Quoniam & lex ſi bona non fuerit aduc timenda eſt. Sed tamen mala lex non meretur lex nominari. Quoniam teſte Tul° libro primo de legibus. Lex eſt racio inſita nature: que iubet ea que faciẽda ſunt: prohibet que contraria. Et ibidem. Lex eſt racio imperandi ac prohibendi quam qui ignorat iniuſtus eſt. Et ſubdit Iuſticiam eſt obtẽporacio legibus ſcriptis inſtitutiſq; populorum. Ipſe tamen idem Tul. Leges proprie nõ putaut humanas: ſed bone ſi fuerint: quaſi a deo ſunt Vnde lib° iii de legibus. Hanc inquit video ſapientiſſimorum virorum eſſe ſentẽciam. Legem nec hominũ ingeniis excogitatam: nec aliquid eſſe populorum ſed eternum: quod vniuerſum mũdum regit imperandi ꝙ hibendiq; ſapiencia. Vnde idem in philippica ii. Lex nihil aliud eſt quam recta racio a mente dei tracta imparans honeſta & prohibẽs contraria. Legum igitur ſeruanda eſt fides: vt ponit Virgilius in georgicis li° quarto Aliqui tamen ſtulti iudices volũtatem pro lege ſumunt. Vnde Iuuenalis libro ii. Sic volo ſic iubeo ſit pro racione voluntas. In his autem nulla iuſticia eſt

Capitulum ii. de loquencia aduocatorum

PRo iuſticia exequẽda oratores & aduocati cõſtituti ſunt quorum eloquẽcia: non niſi iuri ſa

uere debet Ve igitur horū eloquencie: qui non nisi fal
lere petunt. Vnde didimus ad Alexandrū. Artem be
ne loquendi nō discimus neq; facundie rethorum ora
torumq; damus operam quorum officium est phalera-
tis sermonibus figmentare mendacia: & innocencie fi
dem: fere crimibus priuare: patricidiaq; reos assigna-
re pessimos. Quedam putant aliene laudis fructum:
per iniqua victoriā rapuisse nesciunt: se minoramentū
sue consciencie perdidisse. Nempe huiusmodi plures
aduocati reperiuntur, Sed vtinam mu'ti tam bene vi
uerent quāq; bene loquuntur: vt suppli-at lactan. lib°
de vera religione & sapiencia. Sed proh dolor multis
mortifera est sua eloquencia & facundia vt inquit Iu
uenalis libro ii. Vnde prosper libro epig. Non prodest
cuiquam solum bona dicere verbis. Impia mens habet
q; bene lingua sonat. Nam fari recte miserū est: & vi-
uere praue. Parum igitur prodest facundiam habere
& fauori delictorum ipsam applicare. Parum insuper
prodest eleganciam verbi obtinere: & sapiēcie non pol
lere. Vnde Tul' in prologo rethorice, Sapiencia quid
sine eloquencia parum prodest. Eloquēcia vero sine sa
piencia nūquam prodest: sed plurimū nimiumq; obest
Studeant igitur oratores: & fari facūde insubsidium
iuris. Nam grata eloquēcia veritatem detegit: & ip-
sius ad amorem auditores allicit Vnde qui oratorum
funguntur officio vt elegantes fiant studiosissime la-
borare debēt. Vnde narrat Valerius libro viii. q; cum
Demostenes primam literam artis rethorice, pferret
oris sui vicio tanto studio expungnauit: vt nullius ex
pressius qd volebat proferret suamq; vocem gracilem
nimis: exercitacione cōtinua ad gratum auribus sonū
perduxit. Attendat ergo lector vt ibidē Valerius di-
cit q; eloquencie ornamenta in pronūciacione apta: &
conuenienti corporis motu consistunt: nec debet ora-
tor magnas querere moras. Quia teste Seneca in edipio

Quid verba q̃ris veritas odit moras. Nec debet in singulis propositis insistere multum: alias enim quod principaliter intẽdit pretermitteret. Vnde Varro in suis sentẽciis Nusquam inquit deueniet qui tot videt quot sequitur calles: nec debet orator detrahere veritati: nucibus aut verbis. Nam sepe veritas offenditur ex modo narrandi. Vnde Therencius in phormione. Nihil est quin male possit narrando priuari. Et Tuli. libro de paradoxis. Nihil est tam incredibile quod dicendo non fiat probabile: nihil tam horridũ atq; occultum quod non splendescat oratione. Sed Orator attẽdat ne sua eloquencia sic abutatur. Debet enim plano vti sermone. Quia teste Quintiliano libro primo Orator uti debet publica forma: vsitatis enim tucius vtimur nouaq; verba non sine pariculo fingimus Rursus fore debet breuis Quia teste Tulio ii rethorice. Breuitas est: cum nullum: nisi certum assumitur verbum quod oratori facere cõgruit: nec licet ab vti ea re qua homo ceteris preponit̃ scilicet eloquencia. Vnde Tul' in prologo rethorice. Vnde homines multis in rebus meliores sunt bestiis: hac in re maxime videntur pre esse bestiis ꝙ loqui possunt Quare mihi videt̃ qd̃dam preclarũ fore: qui in ea re alios homines ãtecellit quia in ea homines presunt. Si ergo eloquencia sit dos oratorum: erubescant si abutãtur: illa: sceleratorum inhereudo impietati: quod fortassis faciũt plurimi. Vnde Plautus in aulularia. Da mihi aduocati graciam. Et subdit. Vende vocem vende linguam. Nec tamen qui busdam sufficit: vt suum vẽdant eloquium: sed eciam vendant silencium. Vnde refert Elimandus libro xi. qui cum Demostenes Aristodum autorem fabularũ ĩterrogasset: quantum mercedis pro suis fabulis accepisset. Respondit talentum. Cui Demostenes: plus recepi vt tacerẽ. Vnde cum Demostenes a senatu atheniensium in patrocinium & aduocatum peteret̃ cõtra

Philippum regem macedoniorũ. Respondit se graui infirmitate detentum. Itaq; non solun eloqis: sed eciã silenciis munera sibi vendicant: causasq; offensiuas ꝓtegunt. Quibus Quintilian9 ca. xii. Qui confessum defendit non absolucionem sceleris petit sed licenciam. Vnde Ouidius libro de ponto. Non est confessi causa tuenda rei scilicet peccantis. Vnde Simachus li° eꝑꝫ pro optimis viris si quis interuenit: non magis illorũ debet iuuare comodum: quam suum conmendare iudicium. Cuius contrarium plurimi faciunt non erubescendo impiarum causarum se defensores nuncupari.

¶ Capitulum iii. de equitate indiciorum.

IVdex equus debet esse: nec ita debet indulgẽ vt equitatem offendat. Nam teste Tul. libro secundo de offici. Iudicis semper est in causis verum sequi. Et libro iii. Iudex inquit bonus neq; cõtra rem publicam neq; cõtra iusiurandum siue contra fidem faciat. Eciam si iudex fuerit de ipso amico sed tantũ dabit amico: vt amici causam mallet esse veram quam oppositam. Non tamen ꝙ falsum defendat. Et pro moderanda lite tempus quod leges permittũt accomodare poterit: sed iudicet recte cum meminerit se deum testem habere. Que verba nihil aliud sonãt: nisi ꝙ iudex sic amicicie fauere non debet: vt equitatẽ pretermittat: nec debet prius affligere quam sentẽciare Vnde Tul. in oraciõe sua pridie quam iret in exilium Nemo inquit tam in facinerosa invẽtus est vita: vt nõ tamen iudicum prius sentenciis conuinceretur: quam suppliciis adiceretur. Itaq; Iudex repente penas infligere non debet: nec fauere muneribus. Vnde Galter9 in Alexandreidos libro primo. Si lis inciderit te iudice dirige: libram iudicii non flectat amor nec munera palpẽt. Nec moueat stabilem persone accepcio mentẽ Muneris arguit accepti cẽsor iniquus. Munus enim ã norma recti crimine torquet Iudices & dextram in-

voluit caligine mentem. Cum semel obtinuit viciorũ iuris in aula. Pestis auaricie que sola ĩcarcerat omnes Virtutum species spreto moderamine iuris. Curritur in facinus nec legis curiam curãt. Mendax ligat curia iustos & iniustos absoluit. Et idem Galterus libro vii. Censor iniquus auertit aures a pauperis causa. Et fouet iniustam corrupt9 munere causam Vnde Petronius. Quid faciunt leges vbi sola pecunia regnat: aut vbi paupertas nulla vincere potest. Iam nũc Iudicium nihil est nisi publica merces Tuci9 est paruo rem perditam recuperare. Quamuis abigne prebet̃ liti venal̃ populus venalia curia primum ꝛc̃ Itaq; maiestas auro corrupta latebit. Merito igitur ait Tulius libro pri° de legibus. Idipsum quoq; iustissimũ est iusticie mercedem non querere Animaduertant igitur iudices ne fauore munerum seducantur: sed equitate presideãt Nam sicut colligit̃ ex codice theodosiano libro primo. Equitas est rerũ congruencia: qua cuncta coequipant̃ & imparibus causis paria iura descernũtur. Sed quid dicem9: quia tes. Quintiliano li° x de oratoria institucione: naturale est iudicibus vt his quos libencius audiũt facilius eciam credãt Quomodo igitur iudex suã naturã deserere potest: & si eã non deserat: quomodo eq; iudicabit. Iudex autem a limitibus iuris non recedat: si amicis veritate melius prolate: facilius credat. Peccatum non est: aut si amicorũ iustas causas seduli9 foueat: naturale est enim. Si autem omnibus paribus causis equa beneficia impendat. Hoc ceteris meli9 & conmẽdabilius esset. Rursus caueat iudex iracũdiam Vnde Claudianus. Ne cunctos paucorũ crimine damnes. Qui fruitur pena ferus est legumq; videtur. Vindictam prestare sibi cũ viscera felle. Proxim9 ille dis quem racio non mouet ad iram. Nam quatuor sunt a bono iudice vitãda scilicet ira. munus. timor. & fauor Quorum occasione vel iudicia subuertunt̃. vel ad tẽp9

indebitum protrabuntur: periuria quoq; sepius fiunt: & predictorū occasione agregantur. Contra que ōnia loquens Ouidius libº priº sine titulo dicit. Non bene conducti vendunt periuria testes: ne bene silente iudi cis arcba patet. Non obest tamē si iudex sit quādoq; tardus quantum leges permittunt: vt veritas clarius inotescat. Quia teste eodem Ouidio libro ii vbi supra Iudex in culpa non facili quamuis manifesta probatur

Capitulum iiii de misericordia & iusticia

IVsticia sine misericordia iusticia non est. quia vera iusticia terminos habet: qui misericordi am sub intrare permittunt: verū q; sub otex / tu iusticie: crudelitates suas iudices exercent: nec se timent casuros aut alios indigere posse. Vnde in puer. sapientum dicit. Bona presidia temporat misericōdia Ab alio enim expectes quod alteri feras: habz ab istis in aduersis auxilia: qui in prosperis se comodāt. Vnde Quintilianus cā v. In alienā fame sui quisq; miseretur nam quilibet timere habet: ne fame sibi cōtingere pos sset. Hominū est enim miseros fieri posse. Se igit̄ homi nem abnegat: qui alteri non compatitur. Vnde Seneca inhercule furente. Quemcumq; miserum videris: ho / miuem scias. Ideo Cassiodorus epistola xxxviii. Pro / clinior inquit semper ad misericordiam via bonis men tibus patet. Et Lactan̄. libro de vero cultu. Nullius opere indulgere se putat: qui suā alteri negat Qui pe rituro succurrere potest & non succurrit necat. Vnde Ouidius libro de ponto. Regia crede mihi res est suc currere lapsis Animaduertant igitur iudices vt reos misericorditer puniāt: ne sint de numero eorū: de qb9 Galter9 in alexādreidos. Desperare inquit solēt alios in tempore duro. Quod multi faciūt desperacionis oc casione criminosis attribuentes Attendant enim illud Tulii in oracione sua prolegato. Nulla inquit de virtu tibus administrabilior nec gracior minima. Homines

enim ad deos nulla re propius accedũt quam homini dando. Nihil eciam habet fortuna melius quã vt possit: nec natura melius quam vt velit conseruare ꝯ plurimos. Itaq; natura nulli nocere petit. Sed queres quid sit misericordia. Respondit Tul in tus. quest. li. quarto Misericordia inqt est egritudo cordis ex miseria alteri⁹ iniurie laborãtis. Itaq; ille misereẽ qui aliene ꝓpatiẽ ãxietati Vnde Quintilia⁹ cã v Voluit nos ille ĩ mortalitatis artifex in ꝯmune succurrẽ: & p mutuas auxiliorum vices quẽquam in alterũ conferre. O igiẽ iudices clemenciã in vestris iudiciis facite assistricem bis indulgere acquiescatis: quorum cõdicio vestra est quibus eciam similes fieri potestis. O vos sublimauit fortuna: naturam queso propriam nõ negligatis Memento vos cupere deum propicium iudicemq; habere Sed quo pacto meremini: si nulli miseremini Attendite illud Ouidio libro de ponto. Parcendum est animo miserabile vulnus habenti. Queres fortassis cur iudices aliqui indulgere contẽdunt. Miror inquam & nõ miror. Miror quia legi nature obuiãt. Sed non mirõ quia sibi ipsis non indulgẽt: seq; peccatis onustos non attendunt penarumq; infernaliũ flagella non redimũt Vnde Galterus in Alexandreidos libro viii. Non veri simile alieno parcit cuiquã: qui sibi non parcit. Verũtamẽ vbi quis sibi non parcit alii misereri teneẽ Iuxta illud Seneca de moribus Alteri semper ignoscito: tibi ipsi nunqnam Quia scilicet vnusquisq; seipsum punire debet secundum ea que commisit delicta. Vtinã hi igiẽ qui multos concussisse gloriantur: multis pepercisse letarẽtur. Quia teste Senẽ de quatuor virtutibus Scito inhonestum & magnum esse vidicte genus ignoscere Et Ouidius libro ii de arte amãdi. Dexteri precipue capiat indulgenciam mentis Aspernit odiũ seuaq; bella mouet. Et ni de tristibus Quanto quis maior tãto placabilis ire. Et faciles motus mens generosa cauet.

Et idem libro iii sine titulo. Si sapis indulge vultuq; seuos erue nec rigidos imitare viros. Ex his arbitrat nullius ita misereri oportere vt iusticia pretermittat Vnde Seneca libro primo de clemencia. Tam omnib9 ignoscere: quam omnibus crudelitas est. Quōdo tenē debemus. Sed quia difficile temporamentū est. Ideo quicquic in partem humananiorē preponderet magni propriū est animi. Iniurias atq; offensiones despicere viri est: muliebre autem litigare: & modū ire subgere Ex quibus apte apparet: q; cum misericordia iusticia facienda est: pocius tamen miserandum vbi iusticia non contradicit. Nam ex prouer. sapiētum colligitur Optimum est semper ignoscere: tāquam si ipse q̄tidie pecces. Res inquit magne clemencie est indulgendo peccata pocius quam iudicando corrigere. Et Oraci9 in libro sermonum Equum est peccāti veniam petēti reddere. Rursus & assit regula peccatis: que penas ir roget equas. Itaq; sic est indulgendum vt eciam corrigendum. His autem precipue indulgēdum est quib9 adest sincera veniam petēdo humilitas: quam habere hi debent: indulgenciam obtinere qui petunt: exēplo Ouidii ii de tristibus dicentis. His precor exemplis tua nunc fortissime cesar. Fiat ab ingenio mollior ira meo. Illa quidē iusta sed nec meminisse negabo. Sed nisi peccassem quid tu concedere posses. Materia venie sors tibi nostra dedit. Sed quociens peccant homines sua fulmina mittat Iupiter exiguo tēpore ĩermis erit

Ca. v. de misericordia iusticia & tpancia

Ntēporancia corp9 exterminat sensus ebetat & totum hominem ignominia stulticie detur pat: nec meretur quis raciōe dotatus sentire qui negādo moderamine liberato non temporat. Ham teste Tul. Temporācia est in animo continens moderacio cupiditatum. Et idem Tul in primo retborice. Temporācia est racionis in libidinem & in alios actq'

nō rectos impetꝰ animi firma & moderata dominacō
Et idem in tuſ. queſ. li iiii. Omniū inqt ꝓturbacionū
fons eſt intēporancia que eſt a recta racione defectio
Ambro. autē dicit q̄ tēporancia eſt virtus que modū
& ordinem eorum que dicenda vel agēda ſunt ſeruat
Hac igit̄ virtute eget ſapiēs omīs eo q̄ ſine ipſa recte
viuere non contingit. Vnde Señ ad lucill. epō. xxxiiii.
Omnia inquit dicta & facta tua inter ſe congruant &
ſibi reſpōdeant: quia non eſt amicus rectus cuius acta
diſcordant Quod intemporatis contingit eo q̄ īmode
rata opera mutuo diſcordāt. Si enim qui ſapiētes ſūt
temporancie valorem attenderent eius regulas nunq̄
infringerent. Vnde Agellius li. primo refert Socratē
tante temporācie extitiſſe: vt omnia tempora vite ſue
valide obtinuit. Qui Socrates dicebat multos homines
velle ꝓpterea viuere vt ederent & biberēt: ſed docet
eos edere & bibere vt viuāt. Quia neq̄ potaciōes neq̄
cōmeſſaciones nec copule feminarum nec copia piſciū
vitam faciunt: ſed moderata ſobriaq̄ nutricio. Multe
enim ex deliciis moleſtie generantur. Vnde Gamfre.
in poe. noua. In omnibus inquit eſt vna virtus: ſeruare
modum & habitum. Modus enim maxime ſeruādus
eſt erga tres criminū inſultus ſcilicet contra libidinē
cupiditatē & irā. Vnde teſte Lactañ in de vero cultu
Poete tres furias eſſe dixerūt que mētes hominis ex-
agitāt. Nam ira vlcionem deſiderat. Cupiditas opes
Libido voluptates. Sed deꝰ limites ſtatuit quos ēn-
cendere non licet: quia in remediū ire date ē iuſticia
In remedium libidinis coniugium ꝓpter ꝓpaganda
In remedium cupiditatis data ſunt nobis neceſſaria.
Sapiens igitur modeſte viuat per q̄ virtuoſus effici
poſſet. Vnde Tul in primo rethorice. Modeſtia eſt ꝓ
quam pudor honeſtus claram & ſtabilem auctoritatē
habere inſtruit Idē Tul li. i de offi. Sicut non nimis
ornāda ē domꝰ: ſic non nimis corpalis forma. Sufficit

enim vt fugiat in humanam negliēciam. In vestibus autem mediocritas optima est. Cauēdum itaq; est ne in ingressu tarditatibꝰ mollioribus vtamur: ne pōpaꝝ ferculꝰ silꝰ es videamur: ne nimia celeritate ī festinacione surripiamur. Et subdit. Sit vox loquentis dulcis & non contenciosa. nec laguida nec canora: videatq; in primis de quibus rebus loquatur. Si de seriosis: seneritatem adhibeat Si de iocosis leporē. In omnibꝰ itaq; modestia seruāda est. Vnde Señ de quatuor virtutibus. Nec paupertas ibi cauenda sit ne parsimonia g̃ta nec simplicitas neglecta: nec leuitas laguida. Si autē res eciā exigue tibi sint: non sicut anguste nec tua defleas: nec aliena mireris. Sermones vtiles magis quā fatetos: quia non reprehēsibilis est risus si est modicꝰ & puriliter effusus: & si muliebriter fractꝰ. Odibilē quoq; facit hominem risus: si superbus & clamorosus: si malignus & furtiuus: si malis alienis euocatus. Et subdit. Sit vox sine clamore. īcessus sine tumultu: q̄es sine desidia & dum ab aliis luditur: tu aliq̄d sancti honestiq; tracta non sis arrogans. non audax. admone libenter. rep̄hende paciēter dicenti esto tacitꝰ auditō Requirenti facilis responsor: contendenti facile cede. Hec ille. Vnde Claudianus in maiori. Non tibi quod liceat: sed quid fecisse decebit ocourret mentē domet respectus. Hec igitur vanitatum amatores si conspicerent ebrietatibus & castrimargiis non insisterent sed legibus ritis viam suam moderarent. Vnde Apuleius libº. de deo Soc̄tis. Solet apud prudētes viros esse in operibus elaboratis iudicacio. In rebus autem subitaneis venia ꝓlixior. Nulla inq̄t res potest eadem festinata esse & exanimata: nec est quisquā qui silꝰ posset habere laudem diligencie: & gloriā sceleritatis. Itaq; cum moderamine omnia sūt facienda. Nam quicquid bene fit satis cito fit vt dicebat Augustus cesar narrāte Suetonio li. xii de cesaribus. Et in ꝓuer. sapientū

picit: ꝙ mora omnis odio est: sed facit sapiẽciã. Vnde Socrates. Velox cõsilium sequit penitẽcia: maximeq; cõsilio ꝯgrua sũt festinãcia & ira. Et varro in suis sentenciis. Impericie signum est exigere difficilimũ fieri cito. Que omnia designant cnm moderamine & maturitate singula fore ꝑagenda. Vnde Gamfre. in poeta Si quis habet fundare domum non currat ad actũ Impetuosa manus intrinsica linea cordis. Premeciat opꝰ seriemq; sub ordine trito. Interior prescribit homo totũq; figurat. Que verba nihil aliud sonant nisi ꝙ sicut artifex sapiens nature: precogitat quid faciendum sit Sic inmoribus moderate agendum est. Vnde Oui. in epl'is. Omnium properas & aduc tua messis in herba est. Et Tibulius. Quid fraudare vis vitem crescentibus vnis. Et in matura mala euellẽ cupis manu Vnde Petronius. Nolo qđ cupio statim tenere: nec victoria placet mihi parata Quia tes. Claudiano. Sepiꝰ incaute nocuit victoria t̃be Absit tamen vt hi se tempatos credant: in quibus tẽporancia negliencia est. Et quia si nocet festinacio nimia & ĩmoderata: minime eciam creditur ꝓdesse pigra & somnolenta operacio. Sepiꝰ tamen pigre nature creduntur. Humanaq; iudicia in hoc fallunt. Nam omnis virtus in medio sistit: vt ꝑus deductum est. Ille eciam temporatus existit: qui nec festinacione seducitur nec corpore seu desidia detinetur. Vnde Lucanꝰ libro. pri°. Semper nouit differre pacem. Et in ꝓuer. sapientũ dicitur: & iam celeritas indesiderio norma est. Vnde Plinius ad Corneliũ tacitum. Est gracior multis accio breuis. Et simachus in ep. In re apta piget esse ꝓlixũ in arduis autẽ rebꝰ mltũ. Itaq; vera tꝑancia mediũ in agẽdis tenere debet Vnde Valerius li. iiii. Nihil tam preclarũ aut magnificum est: sicut qđ ĩmoderatum non videtur. Illa igit potencia tuta est que viribus suis modũ ĩponit. Vnde Pichatus moderacione pectus suum instructũ habuit

ſeq; alium poetam cõtra ſe ptinaciſſimum cum poſſet affligere non curauit. Vnde ſtacius intbebaidos li. x. Da ſpaciũ teneq; morem miſe cuncta miniſtrat impetus. Et idem li. xi. Hic miſeris furor ẽ inſtare piculo quod faciunt intemporati inagendiſq; ſubiti

Capitulum vi. de modeſtia lingue

Lingua iniqua pacem pturbat: geminat lites, incenditq; iras, ob hoc preceteris membris tẽporamento maxime eget. Vnde Quintilianꝰ li. de cauſis. Nihil inqt difficilij credo q̃ ſilẽcii virtutem habere: faciliter enim ſermone ꝓmptiſſimo delinquimus: ſed tacendi conſtanciam ferre non poſſumus Quamobrem in prouer. dicitur. Neminem cito accuſaueris vel laudaueris. Nullum ſine teſte loci eſſe putaueris. Quod tacitũ eſſe vis nulli dixeris: quia non poteris ab alio ſilenciũ exigere: ſi turpiũ nõ preſtas Libencius igiẽ audias quã loquaris. Nam qui neſcit tacere loqui neſcit. Sed tamen diſſolucio mundũ occupat: ita vt iuuenes ſint ſenes, femine ꝓut viri loquantur: nulloq; verecundie freno lingua trahiẽ habena Et ꝓpter hoc Ambro. li de offi. Sicut inqt in ſenibus grauitas & in iuuenibus a lacritas ſit. Sic & in adoleſcentibus verecũdia velut quedã veravirtus & nature dote commendaẽ. Hec in ipſo corporis motu geſtu & inceſſu tenenda eſt. Nã verecũdia eſt verba fedã ſuppfluaq; reprimere vel reſpuere. Sed hec verecundia abſceſſit: qua tamen nihil gracius eſt adſolãdũ animos vt inquit Quintilianꝰ li. viii de oratoria inſtitucione Heu heu quid dicam quia ſenes quib; pre aliis loqui competit ea turpia enormiaq; ꝓferre non ꝓtermittũt & abſq; metu verecundie virtuſq; ſexus iuuenes quaſi effrontes ꝓferunt. Vtinã pudorẽ gereret quo mediance lingua temporaẽ. Nam teſ Seneq; xi. ad luci. Verecundia in adoleſcente ſignum eſt. Et ibidem eo xxvi. Nutriendus eſt pudor: quia qnam diu in animo

dominatur aliquis bone ſpei locuples erit. Sed peccā
cium copioſa multitudo tollit pudorem: vt ait Tulli⁹
libro de benefi. Pudorē enim inquit tollit multitudo
peccancium: & deſinunt eſſe probra maledicta. Sed ī
dubie negare non poſſumus huius tēporis linguas tā
maleficas fore: vt quaſi non niſi turpia placeant: ſerio
ſaq; ꝓferentes odio habent: vel ſimile mox arbitrātur
nullumq; hominum gen⁹ enormibus aſſiſtere veretur
eloquiis continuis: & vtinam audire ſufficeret & non
ꝓferre. Quorum omniū occaſio eſt defectus verecun
die q̄ ſi haberent huiuſmodi vitarent nephāda. Quia
teſte Vale. li. iiii. Verecūdia parēs eſt omnis boneſti
conſiliiq; tutela. ſolennitas officiorum. magiſtra inno
cencie. cara ꝓximis. accepta alienis. omni loco. omni
tempore. fauorabilem preferens vultum. Vnde Si
machus in ſuo epiſtolario. Quorum mens boneſta eſt
verecundia inſtructiua eſt. Sed effrontes inverecun
dātur quorum memoria ꝓtacta eſt. Quorum ſi mens
boneſta eſſet. conuerſacio vigeret. que alias turpilo
quio exinanita eſt. Merito ergo Catho dicit. Pauca
inconuiuio loquere. Et ibidem Virtutem primā puto
compeſere linguam Proximus ille deo qui ſcit raciōe
tacere. Et ſubdit. Inter conuiuias fac ſis ſermone mo
deſtus. Vnde Alexander in eō ad Ariſto. Solet turri
equitatis cuſtodire qui parcius omnia que geſta ſunt
ſcit loqui. Quia ſcilicet optima cuſtodia eſt linguam
ſcire refrenare. Vnde Socrates. Sepultus ſit apud te
ſermo quem ſolus audieris. Vnde olim pitagoricorum
diſciplina erat diſcipulos tacere p q̄ſqueniū & poſtea
eruditos loqui: vt refert Iheronim⁹ ſuper eccleſiaſticū
Idē refert Gueſſerinus de chonch in exordio ſue ꝓce
quam duci normanorum aſcripſit. Vnde Gamfredus
in poe. Non manus ad calamum preceps nō lingua ſit
ardens ad verbum. Quorundam tamen ſilencia laude
indigua ſunt: eorum ſcilicet qui loqui neſciūt aut qui

tacēt vbi loqui congrueret. Que enim gracia tibi si ta
ceas loqui cum nesci as. Nam maius est non dixisse qđ
noueris quam siluisse quod nescis. vt ponit Sidoni9 in
suo epīri li. v. Rursus nec laudandi sunt quorum taci
nitas nocet: expedit enī casibus cōgruis loqui. Vnde
Ouidius li. de arte amandi. Qui sermone placet: noci
tura silēcia vitet. Qui cauit arte cauat: qui bibit arte
bibat. Exigua virtus est prestare silēcia rebus Cōtra
est grauis culpa tacenda loqui. Itaq; tacere quandoq;
loqui est. Sepe enim taciturnitas interroganti ōsensū
minuit. Temperet igitur quisq; sic linguam suam vt
nec tacendi nec verbisandi inptlua annuere videatur.
Vnde Ouidius ii. sine titulo. Quis mmor est vsu quā
tacuisse labor

¶ Ca. vii de mendacio & piurio

Mendacium linguam reddit in famen: & perii
rium infidelitatis testimonium videt. vt plu
rimum cum homines in vaniloquiis & men
daciis gloriantur: nec curant quid dicant solum vt lo
quantur. De quibus Sen ad luci. epō xlvii. Iam inquit
eciam vbi causa ablata est: menciuntur consuetudinis
causa. Verumtamen omne mendacium fraus est: fal
saq; vocis significacio: cū volūtate fallēdi. Omne igit
mendaciū pdicionis continet speciem. Vnde redargu
endi sunt qui comoditatis aut vendicionis causa men
tiri non erubestūt. Vnde Tul li. primo de offi. Illibe
ralitas & sordidas sunt quescus mercenariorū: qui dū
mercantur. nihil se ꝓficere putant: nisi menciant. Et
ibidem li. iii. Tollēdum est ex rebus omne mendaciū
Quia teste Simacho in suo epīari. Minus est alienam
sententiam spnere q̄ a ꝓpria discrepare: quod faciunt
mēdaces: qui aliud dicunt & aliud faciunt & senciūt
verbisq; suis ꝓpriis menti cōtradicūt. Attendāt igit
mendaces: mendacium sic peccatū censeri: vt non solū
viciū sit apud amicū sed eciā inimicū. Vnde Lactan.
li. de vero cultu. Vir iustus non solum homini amico

& familiari sed eciã inimico & ignoto existimabit mẽ
tiri non esse suũ: nec aliquando ꝓmittit vt ligua a suo
sensu discordat. Huius autem racio est quia vt dictũ
fuit: omne mendacium viciũ est quia scienter ꝺmittit̃
alias mendacium non esset. Si autem iocose mẽciaris
& si peccatũ mortiferũ non est. Habitũ tamen ꝓparat
mortis Absint ergo a quocumq; fideli mendacia: quia
princeps mendaciorum dyabolus est: cui subseruiunt
eius filii mendaces. Inter quos pociori correccione in-
digent: qui sua mendacia iuramentis affirmant. Nam
teste Quñtiliano libro viii. Iurare nisi vbi necesse est
graui viro parum conuenit. Si tamẽ quis ita iurabit
besitabit auditor: an iuramento assisteredebeat. Cui
dubeitati sane respondendũ apparet: iuramento. absq;
necessitate vtẽdum minime expedire puta si est illici
tum. Vnde Tul̃ li. i de offici. Est ius bellicum: fides
q; iurisiurandi. Et iuramentũ sepe seruandum est: sed
non semper. Quod enim ita iuratum est vt mens fieri
opportere conciperet: id seruandum est. Quod autem
aliter conciperet nullum periurium est vt si ꝑdonibus
ꝓredimendo capite pactum non tenueris: nulla fraus
est: eciã si iuraueris. Nã cũ pirata sit: ꝺmunis Omniũ
hostis ẽ nec iuramentũ nec fides sibi debz esse ꝺmunis
Vnde Tul̃ libro ii de offi. Si iquit ꝓmiseris alicui te
daturum beneficium: & postea scias eum esse malum:
aut dabis aut non. Si des sciens peccas. Si non eciam
peccas: ꝓmisisti enim. Cui dubietati respondit: q; sapi
entes nunq; penitent de eo quod ꝓmiserunt: vt dicũt
stoici Hoc tamen verbum superbum est. Non est inquit
turpe mutare consilium. Vnde idem in philippica xii
Optimo ẽ posita pemptu mutacio consilii Nihilomin9
tamen premissa obediencia iusticie astare iuramentis
vir quilibet bonus tenetur. Vnde Alexandernarrante
Valerio ꝺiuramenta sua violare noluit. Vnde cum iret
ad dissipãdum ciuitatem nomine Ispsatum: hominem

habuit Anaximinem preceptorem suū. Sciens igitur Alexander q̄ p̄iuitate interpelleret iuramento pue nit dicens se non facturum quod peciisset Tunc autē Anaximines postulauit vt dictam ciuitatem destruēt Quod audiens Alexander ciuitati sue pacem reliquit Nunc autem principes sua iuramenta sic non seruant nec solū frangunt ea que ex voluntate p̄sonali fecerūt sed eciā ea que ex iure regni vel dominii p̄decessorū more seruabantur Nimirum igitur si p̄ditorum aut ī fidelium seruitorum: comitiuam habent. Suis enim p iuriis talem p̄merentur Dicunt enim illud Eunodii Amplector sanctos: q̄ dant bona semina fraudes Quia scilicet prauas societates amplectunt: sed tandē fraus repellit̄ fraude Iuxta illud Ouidii li. iii de arte amādi Iuridice fraus est concessa repellere fraudem. Eciam si vera fuerit mens ipsius: quia non sistit mendacium in eo quod cogitas: nec in eo quod verba significant q̄ profers. Sed tunc mentiris quando fallere tendis auditorem. Tunc autem fallere tendis: quādo illud scis nō fore verū qd̄ credis auditorē ex verbis cape tuis

Capitulum viii. de regimine tpato corpis

Ex temperie corporis redditur homo bonus: a dissolucione autem vita fit īmunis. Nam tes. Oracio li. sermonū homo factus est ad vnguē quia scilicz sub terminis p̄scisis vita eius constituta est. Ob hoc viuat sub lege p̄scisa vt moribus ꝓsit? inueniatur. Nam magnū opus ē mores posuisse bonos Sepius autem fit vita īmodesta temeritate superbie inurgente Vnde Claudianus in maiori. Inquinat egregios adiuncta superbia mores. Veteres autem nō ita vixere. Nam superbie fastu derelicto: conmensacionū quoq; & ebrietatum gulositatē spreto: moderamine rito vitam duxerūt. Vnde Iheronimus contra Iouinanū allegat stoicum narrantem qualiter sacerdotes egipti mundi negociis postpositis in templo semper deū co-

luerunt: rerumq; naturas studiosissime cõtemplati sũt nunquam se mulieribus miscuerunt: nunq; congnatos siue ꝑpinquos siue liberos viderunt: ex eo tempore: ꝙ se diuino cultui mãcipauerunt: carnibus & vino semp abstinuerũt propter castitatẽ: & pane raro vescebant̃ ne onerarent stomachum. Oleum tantum in pulmẽtis nouerant: & hoc parum propter nauseam. Cubile eis erat de foliis contextum palmarum. Vtinã enim tem poribus istis: viri sapientes. precipue sacerdotes. vitã suam pariter moderarent: tunc perirent excessus: aut saltem minuerentur quibus humana vita maculatur. Vude lucanus li. ii. Inmota creacionis secta fuit tenẽ modum: quia scilicet ab exordio rebus singulis vite moderamen inditum est. Vnde ꝓbi veteres humnam vitam tripertitam distinxerunt. vt refert Fulgenci⁹ li. ii mittologiarum. Primam dicunt cõtemplatiuam & illam applicauerunt minerue: que grece inmortalis virgo dicitur: quia sapiencia est imortalis. Est autem minerua dea sapiẽcie: & athenis sic vocabatur: in cui⁹ memoriam veteres sapientes noctem elegerunt: eo ꝙ sapiencia in tenebris maxime lucet: scilicet in anxietatibus occurrẽtibus. Rursus aliam vitam dixerũt actiuam: quam attribuerunt lunoni: que quasi ab amando dicta est: que luno regnis preesse dicit̃: & sceptro depingitur: & diuiciarũ crediderũt esse deam. In cuius memoriam pauonem acciperunt: qui diuiciis compat̃ eo ꝙ posteriora nudat quando anteriora ornat. Sic diuicie ad tẽpus vite ornant: sed postrema hominis nuda deserunt Rursus terciam vitam. vitam voluptariã dixerunt: quam veneri ascripserũt: eo ꝙ dea voluptatis creditur Et alio nomine dicta est frodis quasi spuma. Refertur enim ꝙ nata sit ex genitalibus Saturni in mare ꝓiectis. Hanc veteres nudam depinxerunt: eo ꝙ suos amatores denudare solet. In cuius memoriã rosas acceperunt: quia sicut rosa delectat & cito mar-

ceſſit: ſic & libido. Alii autē eā vt colūbā depinxerūt cum ſint in coitu feruide. Alii vero in huiꝰ memoriā conchā marinam: eo q̄ libidini tota īmixta eſt. Hec Ieronimus. Audiſtis igitur triplicem vitam pſos de ſcripſiſſe. Quarū prima ſapientū eſt & tempatiſſima Secunda in mundo viuencium in quo modeſtia cōpetens ſeruari poteſt. Tercia que voluptuoſa dicīt. Ipſa in qua eſt quā manuducunt vanitatis amatores ebrietatem ſectantes: omnemq̄ vite regulam ſpernentes. In qua vita fama perdīt: diuicie conſumunt corpꝰ corrumpitur. vita breuiatur. viſus minuīt. ſenectus celeratur. ſenſus diſſoluuntur. ſtudium periclitat. & fere innumerabiliū viciorum genera huius vite occaſione agregantur. Hec enim vita ſolum curat de corpore & tamen curādo ipſum exterminat. O quam laudabilis cura fedum nutrire corpus: & ſaccum ſtercorum tāta munire cuſtodia. Vnde Señ ad lucil. epī xiiii. Multis ſeruiet qui corpi ſeruiet: qui pro eo nimiū timet: qui ad illud omnia refert: q̄. d. q̄ magna ſeruitus eſt regē corpus. Expedit tamē ſic ipſū regere: vt vite honeſte non deroget. Quod intempati non faciunt. Vnde idem vbi ſupra ſubdit. Sic inquit nos regere debemꝰ tanquam ſimus ſine corpe ſcilicet in vita preſenti. Et ſubdit. Agatur eius cura diligentiſſime: ita tamen vt cum exigat racio vel fides: eciam in ignem mittendū ſit. Et idem epī xxii. Corpuſculum rem neceſſariā magis crede quam magnū: nihil enim ſine fine illo fieri poteſt. Itaq̄ nutriendum eſt corpus: non ad voluptatē ſed ad neceſſitatem: eo q̄ corpus non eſt domus voluptatis anime ſed pocius comodatum boſpicium. Vnde idem epī lxx. Vide vt aduerſus hoc corpus poſſis liber eſſe: vt migraturus. Expedit igīt corpus tempate regere: ne ſua ītemperies ſcelera germinet. Si enim impetus primos refrenare non poſſis: occurrente tamen racione ſapiens poteſt: qui peccatorū exordiis obſtat

Quia teste Señ ep̄ lxxxv. Falius est viciorũ inicia ꝓ-
hibere quam impetum regere. Sed diceret si corpus
domari potest: animus tñ videtur superari non posse.
Quõdo igitur quis tempate viuit. Vnde Cicero Nul
la inquit est tanta vis corporis que frangi non posset:
animum vero vincere aut iracundiam ꝓhibere nemo
potest. Qui enim hoc fecerit: non sũmis viris sed deo
sublimius est. Que verba videntur innuere animum
temporari non posse. Hoc tamẽ non ita credas nec ex
verbis istis intelligas impossibilitatẽ sed difficultatẽ
quia scilicꝫ animi passiones difficulter reprimũtur ab
eo signanter qui vitam dissolutam & intempatã habꝫ
Omnes tamen animi motus sedula corporis castigaci
one: discretoq; consilio reprimi videtur posse: sic saltẽ
vt ad peccatum mortale non ducunt

¶ Capitulum ix. de prudencia acquirenda

Prudẽcia sapiẽtes homines reddit. quo ad ea
que agenda sunt sine qua nullus ꝓsperos ter
minos vite attingere potest. Hec enim prudẽ
cia non solum presencia sed eciam preterita & futura
concernit. Vnde Therencius in Adelphis. Istud est sa
pere non solũ quod & ante pedes habes videre: sꝫ eciã
illa que futura sũt ꝓspicere. Vnde Iheronimus cõtra
Ruffinũ narrat Pitagoricos dixisse duo tẽpora maxi-
me ꝓspicienda fore Intuenda sunt enim ea que acturi
sumus: & ea que gessimus quia scilicet prudens p̄teri
ta debet meditari: vt eorũ exemplo deliberare queat
in posterum quid sit factur9: & quo fine opus futurũ
terminare valebit. Vnde Boe. ii. de ꝯsolacione ꝓsa i.
Non quod ante oculos est situm sufficit intueri: quia
rerum exitus prudencia metitur. Et Quintilianus li.
viii. Prudentis inquit est vt sui operis principium in
telligat: & cur id bonum sit sciat. Vtiq; non ꝑnicinsũ
est vires fiducia pre ferre quia scilicꝫ stulticia est sic
in ꝓpriis viribus confidere scilicet vt non premeditet̃

quod posset accidere. Vnde Gamfre. in poe. Gressum
pre currant oculi: preconsules mentem. & vires meti
re tuas. Si fortis es aude grandia. Si fragilis impone
minora: quia scilicet vnusquisq; prudēs opus debet as
sumere iuxta quantitatē virium que suppetunt ei. Si
tamen virtus debilis fuerit spē atq; fiducia debet ani
mari. Nam sepe fragiles spei gracia viriles fiunt. Et
idem subdit ibidē Gamfre. Si posse sit artum dilates
animum. Si corpus sit debile mens fortis: & exiguas
vires supplere memēto scilicet per spem grandē vires
suppleri debēt Hoc enī agē magna ars atq; prupēcia
est Vnde Ouidi9 li. i de arte amādi. Arte cito naues
remis diriguntur. Omnibus enim ars & prudēcia ꝑ
dest. Sed plures stulticiam prudencie ꝓponunt. Ideo
non attendunt hoc nocere posse quod sepius dicunt.
Quos redarguit Ouidius lib° de ponto. Tu modò fac
timeas: & que tibi leta videnē: dū loqueris fieri tristi
cia posse tuo. Nam teste Virgilius li. pri° Res animū
incongnita ꝑturbat. Prudentes igitur studeant ꝓcon
gnoscere quid sint acturi. Rursus si prudēs quis fieri
cupiat: veteres conspiciat dies: & antiquorum exem
pla suis oculis ꝓponat: pro vt faciēdum instruit Señ
libro vii de naturalibꝰ questiōibus. Hec enim via pru
dencie summa est veterum exemplis doceri ꝓpriisq;
periculis sibi cauere. Quod minime faciunt seculi sapi
entes quorum sapiencia stulticia est. Preferunt enim
virtutibus inutiles diuicias: cum tamē virtutibꝰ diui
cie seruire habeant. Vnde Señ ad luci. epī lxxxi. Ser
uiant deteriora melioribus scilicet virtuosis fortuita
que nihil habent magnificum: nisi quia illa mirari cō
sueuimus. Si enim diuicie ex se bone essent: ꝓficerent
suum possessorem: quemadmodum virtutes hominem
reddunt virtuosum. Sed procul dubio diuicie & opes
sepi9 prauis ássunt: quā virtuosis. Vnde Señ epī lxxxi
Illud inquit quod contemtissimo & pessimo contingē

poteſt ex ſe bonum non eſt cui⁹modi ſunt opes. Leuo
nibus enim contingunt ſepe diuicie: ob hoc tamen vir-
tuoſa non ſunt pretermittenda. Nam teſte Tul̄ li. de
paradoxis. Ea non ſunt optima exiſtimanda que nau
fragio aut incēdio amitti poſſunt. Sed virtutis pre
cium grande eſt: quia nec eripi nec ſurripi poteſt: nec
incēdio nec naufragio amittit̄. Iaceat igitur vtilitatis
ſpecies & valeat honeſtas: vt inquit Tul̄ li. iii de offi
Abſit igitur vt prudens animū figat in his trāſitoriis
que non ſūt niſi forinſeca ornamēta: hominēq; interi⁹
non ꝓficiunt. Vnde Apuleus libro de deo Socratis.
Eq; diuites ſpectare ſolem⁹ vt equos quos mercamur
neq; enim in equis emēdis phalleras conſideram⁹ ſed
ipſum equū nudum & ſolum vt ſit ad ſpeciē modeſt⁹
ad curſum leuis. ad vecturam validus. Sed hominum
ſtulticia hoc ē illos prudētes & virtuoſos putare: qui-
bus ridet fortuna. Vnde Señ ad lucil. Quōdo ſtultus
eſt qui equum emptum⁹: non ipſū reſpicit: ſed ſtratū
& frena. Sic inſipiens eſt qui hominē ex veſte aut for
tuna eſtimat. Vnde idē ep̄ lxxvi. de diuitibus loquēs
ait. Cum inq̄t preſenti populo elati inceſſerūt. Nemo
tamen eorum quos diuicie extollunt maguus eſt. q. d
q̄ ſole virtutes a prudētibus magne exiſtimantur. Et
ideo ep̄ lxxxi. Abſtrahamus inq̄t diuicias honores ⁊c̄
que opinione noſtra cara ſūt. tunc enī vilia ꝓcioſa fiēt

Capitulum x de ꝓudencia circa fortuita

Vir prouidus debet intueri preſencia preterita
& furura. Nam ex preteritis homo doceē fu-
tura cauere: & preſencia regulare. Stulti au
tem iſta non conſiderant: ſed de preſentibus ſolum ſoli
citantur. In proceſſu temporis conmuniter deficiunt.
Vir autem prouidus rebus qui bene vtitur: tempore
oportuno non indigebit. Prudens igitur intueaē quid
ſibi contingere poſſet: & caſibus prouideat fortuitis.
Vnde Tul̄ lib⁹ de offi. Illud inquit magni ingenii eſt

cogitacione percipere & ante constituē: quod euenire
posset: & quid agendum sit cum euenerit. Et Señ ad
lu. eō iiii Aduersus inqt omnia que accidere possunt
te ad apta & indura. Et subdit. Noli huic tranqlitati
confidere. Memento enim mare concutitur. Lamen-
tandum igitur est quia rerum possessores abutuntur
eis: temporeq; necessitatis sibi succurrere nequeūt: eo
q; prouidi non sunt. Alii vero ita prouidi sūt q; ea que
habent ita custodiūt: & pcimonisant. q; vti eciam vbi
congruit non audent. Itaq; laboribus assiduis. & for-
san criminibus interueniētibus plurimi opes agregāt
quibus minime ꝓsperantur. Horum autē nulli ꝓuidi
sed amborum mentes stulticia occupat. Vnus enī stol
da dispensacione: alius tenacissima detēcione bonorū
insipiens cōprobatur. Vnus peccat qui se nunq; egere
formidat. Alius deficit eo q; indigere sic timet: quia
nil sibi sufficit. Vnde Oracius in li. carminum. Non
possibilitatē multā notabis id est recte beatū. Rectiꝰ
enim occupat nomē beati: qui scit deorum muneribꝰ
sapienter vti: duramq; pauperiem ferre. Itaq; beacior
est qui scit pati angustiam: quam qui bonorū amplam
possidet copiam: nec eciam felix aut prudēs esse dicit̄
qui bonorum prodigus dispensator inuenitur. Vnde
Cicero. Rerum inquit mobilium facultas non stat in
copia expendenda sed in bene vtenda illa. Et didimus
ad Alexandrum. Beatus enim rerum conditor varias
rerum species formauit in mundo: quarum vsū buma
no arbitrio promisit discernendum. Nam hominē deꝰ
constituit principem rerū: vt eius ꝓude & prudēter
vtatur. Et licet omnia bona sint: sepius tamen nocēt
homini bona. nō ex se. sed humano ab vsu. Vnde Oui.
ii de tristibus: nihil prodest qđ non ledere posset. Et
prosper libro epīg. Et bona que prauis nature dono su
persunt Augent peccati pondera. Cuncta bonis ꝓsūt
quos mors ipsos beatos. Efficit. vt sumant p̄mia. Et

Maximianus. Non res in vicio ſed malefacta cadunt
Que verba nihil aliud ſonant niſi q̄ prouide rebus eſt
vtēdum: alias in rebus peccat homo: eciam licet que
in ſe bone ſunt. Animaduertat igit̄ prudens qd tēpus
exigit. Nam teſte Socrate. Melius eſt cauere q̄ pauere
Et in ꝓuerbiis ſapientum dicitur. Quod bonum eſt in
alieno malo fugiendum aſpice: nec debet proſpici ſolū
fortuna preſens licet proſpera. Vnde Therencius in
phormione. Dum maxime ſūt homini ꝓſpere res: tūc
maxime meditari opportet. Quo pacto aduerſus erū
nam agat. Quod improuidi non faciunt. Ideo concuci
ente eos diffortunio deſperāt quoniam futura non p̄
cogitant. Vnde Señ ad lucil ep̄. lxxxvi. Precogitati
mali mollis eſt ictus. Sed ſtultis & fortitudine confi
dentibus. Omnis videtur noua rerum facies inopina
Magnaq̄ deſperacionis pars apud imperitos eſt mali
nouitas. Ideo ſapiens aſſueſcit ſi malis futuris torquet̄
& facit graue leue diu cogitando. Quot enim huius
modi ſprouides vidi iaculis inminentibus fere inſenſa
ti fiebāt Sed proſpera manēte fortuna tāto applauſu
titillabant: vt tota eorum ſpes. gaudio mirabili. licet
in conſulto putabaē non de eſſe. Si igitur ꝓuidius es
p̄cogita te cadere poſſe. Et ſi tibi caſus venerit: ne pu
tes inopinatum tibi accidiſſe Vnde Catho. Si fueris
felix: que ſūt aduerſa caueto. Proſpice que veniūt hos
caſus eſſe ferendos. Nam leuius ledit quicqd ꝓuidī?
ante. Quod tibi ſuſpectum z̄c Namq̄ ſolent z̄c Tran
quilis z̄c Rebus in aduerſis z̄c. Ex quib̄ apparet fō
tuna proſpera exiſtente amicos ſibi debere prouidere
p̄meditando caſus eis poſſibiles vt leuius ledāt Quoꝝ
premeditacio alieno experimento opportune concitaē
Vnde Tibulius. Felix quicumq̄ alterius dolore deſi
tit poſſe cauere ſuum. Et Ouidius libro iii de arte a-
mandi. Diſcite a paleis veſtris meditari quēlis. Quia
vt idem ponit libro de remedio. Queuis apparēt recia

vitat auis Sed forsitan congruit vt excogitemus cau
sam insipiencie huius seculi. Plures enim quide non
viuūt qui tempus non discernūt a tempore: nec agere
congruas discernunt horas. Verūtamen ueste sapiēte
Omnia tēpus habent. omniq negocio tempus est. Et
magna pars prudencie est temporis oportunitatē ob-
seruare. Vnde Ouidius li de reme. Temporibus me-
dicine congruis date prosūt. Et date non apto tempo
re iure nocent. Principiis obsta sero medicina paratur
Hec verba sonant: quod prouidus sui operis oportuni
tatem querat: tēporeq cōgruo agere disponat. Vude
Catho Temporibus mores īsipiens cē Stulticiam cē
Itaq omnia tempus habent. Vnde Ouidius de ponto
Leta quidā letis lete cecini cano tristicia tristis. Con
ueniens operi tempus vtercq suum. Q vtinā hi saltem
qui se doctos putant proinde viuerent: temporibusq
singula discerneret congruis. Dices enim quod sa-
piens non es. Tu ergo consilium quere vt si proprio sen
su te regere nescis: alieno saltem consilio dirigi ne re-
cuses. Vnde Plautus Priusquam incipias consulto &
vbi consuleris maturius opus facito. Et Tul li. de se
nectute. Non viribus aut velocitate corporis res mag
ne geruntur: sed consilio auctoritate & sentencia. Nā
consilio qui non vtitur: nimirū si sui operis bonū finē
non sortitur. Vnde Tul Philippica xi. Maiorum con
silii est prouidere nequid triste accidat: sed animi est
fortiter ferre si eueniūt Itaq laudabile est & consilio
prouidere tristia: & pacīēter ferre omnia. Nam teste
Quintiliano li. ii. Plurimū in consilio valet auctoritas
Nam & optimus & prudentissimus consul haberi de
bet: cui de virtutibo atq honestis credē omnes velint
Sed plurimi inconsulte viuunt: stultorumq consilia q
ita dici non merentur querunt. Sapientum enim con
silia recusant: eo q osentire sapiētibus non intendunt
Nemo tamen tam prudens ex proprio sensu quin alie

no egere posset. Vnde Sidonius in suo epl'ari libro iii
Plurimum laudo si viuentes moribus suis applicant.
Quociens autem negociaturi sunt consilia peritorum
Vnde Catho. Consilium archanū zc̄ Vtile consiliū zc̄
Nullius sensū zc̄ Et Gamfre. in poe. Si vis bene duci
certo te cōmitte duci Nec tamē hi consilio vti videnē
qui proprie voluntati maxime innituntē: nec vota que
runt aliena vt ꝓsenciant: aut vt se dirigant: sed vt tēp
tent prudētem: & vt mores habere videanē prudentū
De quibus Apuleus li. de deo Socratis. Quidam per
angustam portam reptantes: consilia non ex suo corde
sed ex alienis vocibus colligunt. Et vt ita dixerim nō
animo sed auribus cogitāt Itaq; animum suum cōsiliis
acceptandum non appetunt. Cum tamen Quintiliano
li. vii dicat. Nouerit quisq; quid facturus sit: non tñ
ex preceptis. quinimo in sui natura suenit vt consiliū
capiat formāde acciōis. Nam teste Señ ad lu. eō xxiii
Boni viri auiditas tuta ē que subit ex bona ꝓsciēcia &
honestis consiliis. Pauci enim sūt qui ꝓsilio se suaq; re
gunt. Ob hoc more eorum qui influmībus natant non
transeunt sed feruntur Sed turpe est non ire sed ferri
Et subito in medio turbine rerum stupere & querere
quomodo huc venidnqt Señ epīa xxxvii. Prudētes
igitur consilia querant non precise vt audiant: sed eci
am vt acquiescant vt veniente prosperitate leticia su-
bita & incongnita non sit. Vt eciam aduersis inminen
tibus terere non oporteat. Vnde Tulius libro primo
de officiis. Fortis animi & constantis est non pertur-
bari in rebus asperis: sed consilio vti nec a racione dis
cedere vel recedere. Vnde boni ingenii est fortunas
precipere & ante constituere quid euenire posset &
quid agendum sit cum euenerit. Si quis enim hoc fe-
cerit prosperitate non seducetur: nec asperitate des-
perabit. Ideo in prouerbiis sapientum dicitur. Quid
diu deliberandum est quid statuendum est simul: nec

tamen sufficit consilium capere nisi maturum fuerit. Consilia enim leuia. cuandoque non dirigunt. sed pocius deuiant. Vnde Socrates velox. Consilium sequitē penitencia: maximeq; consilio contraria sūt festinacio & ira

Capitulum xi. de facili credulitate

Prudētis est vt de facili non credat. Vnde Petronius nunquam recte facit qui credit cito. Nam quod cito creditur cito fertur in consultum. Itaq; nec sapienter viuit nec prudenter. Et ergo credulitas nec suspicionis modum habeat sicut opinio: nec certitudinem mox accipiat. sed se medio modo non gerat. Quia teste Varrone in suis sentenciis. Fides est media & opinionis & sciencie neutrum attī gens. Prudēs igitur non de facili credat quicquid audit: eciā famosum si extitit. Nam plurima sunt famosa: que eciam sunt mendosa. Ideo Tulius in secundo rethorice. Facta nō famam spectari oportunum. Eciam Tertulianus in apologetico famę non credit nisi sit in consideratus sapiens. Quia sapiens non credit incerto ne forte illud os mendacis seminauerit quod sepe fit aut ingenio emulacionis: aut arbitrio suspicionis: aut assueta quibusdam menciēdi voluptate. Vnde Alexander didimo & didimus Alexādro scripserunt non fore semper credendum. Vnde Seneca in ippolito. Contemne famam. Et libro de quatuor virtutibus. Prudentis proprium est examinare consilium: & non cito facili credulitate ad falsa prolabi. Sed inquiramus: cur tam facilis est plurimum credulitas. Multi enim facilime credunt: eciam si falsum est quod fieri cupiunt. De quibus Seneca in hercule furente. Quod mi seri fieri nolūt hoc facile credūt Hi enim landādi non sunt: quia eorum stulticia credulitatem gignit. Sed nec sunt. commendabiles qui nulli credere volunt nisi videant quod audiunt. Nam teste Seneca epistola iii.

ad lucillum. Vicium est omnibus credere & nulli. Et Quintilianus causa xv. Facinus est illud tantum credere quod est de rebus humanis actum. Prudētes tamen prompcius bona quam mala credere debent. Ipsorumq; auris ad crimina credenda difficilis esse debet vt in prouerbiis sapientum dicitur. Vnde Ouidius libro septimo methamorphosios. Faciens etasq; ius videbant adulterium credere prohibebant in ore. Que verba sonant sepius diuersa esse iudicia. Verumtamen bonis pocius ē credendū. Plurimi tñ pocius malis q̄ bonis credunt. Vnde Ouidius libro quarto de fastis. Nos in vicium credula turba sumus Ideo Catho dicit Nil temē credū Vnde ꝑ per li. epig. Non pateāt faciles tenuis rumoribꝰ aures Nā eas nescire iuuat: credēnō libeat Nam cecior aure arbiter ē oculꝰ Inqt Gamfre. in poe. Sed illud Ouidii primo libro de remediis verificaī Dum sibi quisq; placet credula turba sumus Ideo idem Ouidius li qua de arte amandi. Non cito crediderīs quam cito credere ledet Exemplum nobis non leue proceris erit. Et Ouidius in epistolis. Cur solet magnis rebus in esse fides. Quia igitur plurimorum stultorum credulitas leuis est Ideo falsa plurima pro veris habentur erroresq; gignuntur. Et pro tenendis promulgantur: a quibus discedere facile non ē si credulitatem exhibueris. Vnde Seneca libro tercio de beneficiis. Non est leue a cognito & damnato errore discedere. Nam superbe stulticie est perseuerenciam dicere. Quid inquit semel dixi qualecumq; fixū negocium sit. Tales enim suos verentur reuocare errores. Non est tamen turpe cum racione mutare consilium. Vnde Seneca ad lucillum epistola prima. Ceci ducem qnerūt: nos autem sine duce erramus. Et ideo difficilius ad sanitatem prouenimus: quia nos egrotare nescimus. Hec autem omnia mala faciunt errores qui ex leui crudelitate sustinentur. Non tamen dico

aliquem hominem errare qui possit saltem quantum ex humana perfectione contingit: se ab errore reuoca re. Nec tamen inde laudandus est sed illaudabilior. Et vt verius dicam detestabilis in errore qui perseue rat. Vnde Tulius in philippica xii. Cuiuslibet homi nis est errare: nullius autem nisi insipientis in errore perseuerare: posteriores enim cogitaciones vt aiunt: solent esse sapienciores. Et idem libro de legibus. Nō est viri boni errare & diligere quod perse non est dili gendum. Vtinam ergo erroribus nullus se implicaret quibus sapiencia offenditur & perditur prudencia. Ad quam eciā obtinēdā homo per errores indisponit Quia teste Valerio libro nono. Temeritati proximus est error: & ad ledendum per quem homo non sponte sed vanis concitatus imaginacionibus: culpis sepius se implicat In hoc quidam multi decipiuntur: quia error in temeritate fidem rectam credere putant. Itaq; fal sitas veritatis imaginem sepius monstrat: nunquid enim enūcciacio veridica videtur: que iuramentis af firmatur: nutibus & signis solidatur: testibusq; firma tur. Hec enim omnia falsitati quadoq; suppetunt. Ita falsum pro vero sepius accipitur: nec de facili vnum ab alio discernitur: quando referens mendosus non cre ditur Aut quando auctoritate preficitur ab ipso pro latum. Quid igitur prudens facturus erit: aut falso credet quod non videt: aut discredet. cum tamen dis credendi color non assit. Reuera si prudens fuerit de facili credet: sed deliberacione prehabita. Si discredē di causa non interuenerit sub quadam temperie absq; temeritate se sibi non consentire aut saltem non dissen tire poterit. Sapientes enim quandoq; nullius errorē formidant: vbi precipue falsitas veritatis speciem de tulit. Vnde Ouidius libro de remediis. Et mala sunt vicina bonis errore sub ipso pro vicio virtus crimina sepe tulit. Et arator libro secundo. Repellitur error

in diuersa trahens cum spiritus efficit vnum

Capitulum xii de Stulticia

Stulticia hominem bestiis equat. & angelos a cetis elongat. Stulticia enim titubare homunem cogit & criminum pondera non sentire facit. Generat vaniloquium. nutus incompositos. dissolutos risus. & omnium maleficiorum genera de facili stulto contingunt. Vnde Lactancius libro de vera iusticia. Stulticia est in factis dictisq; per ignorancia boni: atq; recti erracio Et Tulius de senectute. causata est stulticie inconstanciam atq; peruersitas: q; omnes eam adeptam exoptāt & adeptam recusant Et idem libro primo de natura deorum. Stulti nec vitare venienci: nec ferre presencia possuut. Discernamus tamen stulticiarum varietatem. Quidam enim stulti sunt eo q; naturalibus donis ab exordio geniture carent. Horum siquidam stulticia excusabilis exitit nec peccata gerit. Similiter eciam post genituram quis a casu non pro curato: si in eam inciderit Aliorū autem stultorum genus est quorum desiderium est histriones haberi & causacionibus quosq; irritare: in plateis dissoluciones ostendere: atq; tanto magis gloriari quanto ab eis turpius aliquid fit vel narratur. Quibo eciam nulla adest conplacencia nisi in turpibus: & in operibus ab omni racione discrepantibus. Hi enim mi seri & serui sunt. Vnde Tulius libro de paradoxis. Stultorum sentencia fuit quia omnes insaniunt. Hi enim aliorum crimina de tegunt: & suorum pre nimia multitudine obliniscuntur. Vnde Tulius in tusculanis questionibus libro tercio Stultorum proprium est aliorum vicia cernere & suorum obliuisci. Et Silo Stultus si qua refert: nil vt puto refert. Ipsius enim verba nullo pondere digna sunt. Absit tamen vt eos stultos putemus quorum cautela est stulticiam tempore & loco simulare. Plures enim stultis nocere non

de dignantur qui tamen ſapiẽtibus emulantur. Vnde Catho. Inſipiens eſto cum tempus poſtulat aut res. Stulticiam ſimulare loco prudencia ſumma eſt. Et Ouidius libro tercio de triſtibus. Forſitan hoc ſtudium poſcit furor eſſe videri. Sed furor hic eorumq; ſtulticia prudencia eſt. Sed hi ſtulti ſunt quorum finis ineptus: deſideria p̃ua. & mores inhoneſtatis ſpẽ gerunt: exceſſuſq; continue ſectant: & omni tempore temporamento contrariantur. Cum tamen Seneca epiſtola xxviii ad lucillum dicat. Magni inquit animi eſt mediocra malle quam nimia: neceſſe eſt enim vt exeat cupiditas naturalem modum atq; tranſiliat ſtultorum mens. Quia ſcilicet ſtultorum appetitus euaneſcit: eo q; nature limitibus non refrenatur. Ideo ſtulti nuncupati ſunt: quorum leticia & triſticia amẽcie modum oſtendit. Vnde Simachus in libro epiſtolarũ. Leticia res loquax eſt atq; oſtentatrix ſui. Qui de leticia ſtultorum intelligendum eſt. Nam improborum leticia cito ad planiciem cadit: eorumq; laus & laſciuia nunquam habent concordiam: vt ex prouerbiis ſapientum colligitur. Nempe ſtulti in ſingulis extremiſant: & in ſuis leticiis geſtis & conſultis ita gliriantur: vt ſe poſſe cadere non timeant. Sed teſte Eunodio. Nulla fides letis integra nec dubiis. Et Gamfredus in poetria. Sirenis exemplar habe docearis in illis caſibus in letis ſemper peyora caue. Quigitur ſtulti attendite quomodo veſtra leticia: triſticia eſt. exultacio caſus Riſus plãctus. laus dedecus. munera quoq; facta vobis. viam perdicionis vobis miniſtrant: veſtriſq; nutibus ſtultis hominum tempora vane detinetis: criminibus quoq; in vobis & ceteris fomentum miniſtratis. Vnde Ouidius libro primo de arte amandi. Mens erit apta capi tunc cum letiſſima rerum. Et ſeges in pingni luxuriabit humo Pectora nimium gaudent nec ſunt attrita dolore. Ipſa blanda poſſunt tunc

subit arte venus. Heu lamentabilis leticia que veneri famulatur que stultorum leticia nuncupatur. Attende enim illud Ouidii libro de ponto. Tu modo fac timeas & que tibi leta videnť. Dum loqueris fieri tristia posse puto: quod stulti minime considerant

Capitulum xiii de stulto amore

Fatuus amor iudicium impedit racionis: & in propria causa vnusquisq; frequēter seducitur Amor enim excecat & vere iudicare non permittit. Prudēs igitur si fieri cupis: medio interposito tuam discerne causam: & alterum si prestituas. Et de illo quod iudicaueris: de te ipso arbitreris iudicandum Nosci enim teste Aristotile libro secnndo de anima. visum causari sine medio non posse: & obiectum sensui suprapositum. sensacionem impedit. Si igitur tu tibi propinquior sis & immediacior quam res que cumq; visui suprapositа: quomodo ergo de te iudicare poteris. Tu igitur medium queris: & in alio considera quod de te iudicare cupis: quia plurimos proprius excecat amor. Nam vt ex prouerbiis sapientum colligitur: q amare & sapere vix a deo conceditur quia scilicet raro accidit: vt homo sapienter iudicet de eo qđ amat. Vnde Varro in suis sentenciis dicit Nullus tam modeste iudicat sua sicut aliena. Hoc autem accidit eo q nemo sibi inuidet. Nam olim thobares magnus Alexandro dicebat. Natura inquit mortalium hoc nomine praua & sinistra dici potest: eo q in suo quisq; negocio ebecior est quam in alieno. Et Therencius in adelphis. Homine inquit imperito nihil iniustius: qui nihil rectum putat nisi quod ipse fecit. Omnium q hominum vere natura est: vt aliena melius iudicent quam sua. Vir igitur prudens vt de propriis bene iudicet aliena consideret. Sed reuera teste Plinio in epistola ad cornelium, Tacitum sue quisq; inuencioni fa-

uet. Et Quintilianus libro secundo. Aliena quoq; vi/cia magis vult quisq; reprehẽdi quam sua. Vnde Lactancius libro de falsa sapiencia. Nemo potest de se recte iudicare: sed aliena melius quam sua iudicat. Et Tulij libro primo de officiis. Nescio inquit quomodo sit vt magis in alijs quam in nobis metipsis cernamus si quid delinquitur. Hec enim omnia proprius facit amor. Vnde Sen ep xxvi ad lucillum. Vna est catbena que nos alligatos tenet: scilicet amor. Vnde aliqui sũt qui nihil rectum: nisi quod placet dicunt. Vnde inquit Ocius in epistolis. Et Ouidius libro de ponto Quod fecit quisq; tuetur opus. Et Marcialis coquus Qui enim damnat sua vota libenter quasi diceret nullus. Vnde Amandus. Sic mos est hominum quicquid sibi fecerit ipse. Vile licet maneat approbat esse tamẽ Ecce audiuimus quomodo omnes homines in factis propriis male iudicant. Et ideo suorum delictorum correctionem non assecuntur. Quoniam teste Maximiano non intelligẽti: nulla sequit curacio morbi: nec solum tamen homines peccata propria non intelligũt sed eciam bona que si fecerint subluuiare valde contendunt. Iuxta illud Petronii. Omnes apertis oculis bona sua computant plurimi: eciam alios putant velle quicquid volunt: & in alijs esse quod in ipsis sentiunt. Itaq; imprudentissimum iudicium ipsorum est: non tantum quo ad ea que de ipsis iudicant: sed eciam quo ad illa que de alijs ex se ipsis arbitrantur. Vnde Iulius celsus libro secundo. Que volumus libenter credimus: & que sentimus alios quoque sentire speramus. Horũ autẽ iudiciũ fallibile nimis ẽ & sepiꝰ erroneum. Nec tamen reprobo alteri si facias quod tibi fieri petas: aliũ tamen tuis desideriis conformem non sp estimabis. Attendant igitur sapientes vt recte iudicent vt proprio amore non decipiantur: nec eciam virtuti preferant. Vnde Iuuenalis libro tercio. Summum

credo nefas ſcelus preferri pudori. Quod faciunt plures naturalibus deſideriis ſua crimina imponentes: eodemq; pacto quo de ſeipſis male iudicant friuole ſe excuſant. Heu quam cecus eſt in viciis amor inquit Claudianus in maiori. Prefata verumtamen deſideria: nature nullus imponat ſed malicie. Nam vicium omne nature metas excedit. Vnde Prudencius ſumma quies nil velle pluſquam poſtulat vſus. Sit victus vt ſimplex alimonia veſtis & vna. Expletumq; modum nature non trabat. Que verba nihil aliud ſonant: niſi q naturale deſiderium contentatur habere victū & veſtitū: & ſi vltra deſideramus nature inſcendim9 metas. Abſint igit huiusmodi vana: abſit amor inutilis rerum. Vnde Theodolus. Mortales cūcti quid contendunt adipiſci nec ſi perficiant vite crimina querant: quia ſcilicet res ſic debent deſiderari vt eorum delicta non committantur

Capitulum xiiii de fortitudine & conſtancia mentis

Fortitudo eſt virtus qua cetere ſolidantur: & ſine qua in bono non perſeueratur. Expedit igitur volentibus ſpiritualiter proficere vt ſint animo fortes: quia fortitudo eſt qua omnia roborantur & moderantur. Vnde Ariſtotiles tercio ethicorum. Fortido inquit tenet medium inteer timores & audacias. Et Tulius in ſecundo retborice. Fortitudo inquit eſt concepcio conſiderata periculorum laborumq; perpeſſio. Et alibi. Fortitudo eſt verum magnarum & humilium concepcio laboriſq; cum vtilitatis racione perpeſſio. Et idem quarto retborice dicit. Fortitudo eſt concepcio laboris & periculi: cum vtilitatis racione: & comodorum compenſacione. Et idem in Tuſtulanis queſtionibus libro quarto dicit. Fortitudo eſt affectio animi legis ſumme in proponēdis rebus obtemporans vel conſeruacio ſtabilis indi-

ta rebus: que formidolose vini repellunt. Ex quibus omnibus clare apparet: q̄ fortitudo habet in arduis locum: & in grauibus probatur hanc siquidem virtutem si quis habuerit: minas non timebit: immo nec mortem pauebit. Quia teste Tulio in libro inuectiuarum. Nequaquam viro forti: turpis accidere potest Et Quintorcius de gestis Alexandri libro quarto ait: Forcium virorum est magis mortem contemnere quā vitam odisse Et Cassiodorus epistola vicesima tercia. Licet subocio laudabilis fortitudo sit: dum tamen se probandi non habet spacium. Occulta est lux tota meritorum. Hec enim virtus in aduersis maxime patet. Vnde Valerius libro quarto. Fortiter se in aduersis gerere debet: qui aliud quam fortunam senientem in adiutorium sui pudorem conuertere vult. Tūc eum vir est animo fortis: quando aduenientibus malis & bonis: robuste perseuerat. Nec tamen optanda sunt pericula vt fortem se quis ostendat. Sufficit enī pericula si contingant: valde tollerare. Vnde Seneca ad lucillum epistola quadragesima septima. Non sum inquit tam demens vt egrotari cupiam: sed si egrotandum fuerit sufficit vt nil effeminate faciam. Non enī pati tormenta optabile est: sed pati fortiter. Et idem Seneca libro tercio de naturalibus questionibus. Humano inquit animo a bonis artibus robor venit: & a consideracione nature. Cur enim hominem: aut feram aut sagittam aut lanceam timeam: nisi quia pericula me expectant. Vnde Lactācius libro de vero cultu. Timidi & inbecillis est animi aut dolorem metuere: aut egestatem aut mortem: que omnia si quis non horruerit fortissimus iudicatur Qui autem deum metuit illa omnia non metuit. Vnde Galterus libro quinto. Nulla rei nouitas. peruertere forcia debet pectora. Quasi diceret q̄ nullus propter infortunium debet desistere: aut ex fortuna decidere. Illos tamen fortes

non dicimus qui delictorum suorum existunt defen-
sores qui non verentur cum male fecerint: se validos
nuncupare. Quia teste Ouidio libro secundo sine tit.
Felix q̃d amat defendè fortit audet. Quasi diceret
q̃ illi sunt felices qui amant que palam defendere au-
dent. O igitur milites precipue cristiani: assit animis
vestris fortitudo: ne subeat demonis versucia viribus
si caueritis animos erigite quia vincere vos nullus po
test: nisi propria libertate succumbatis. Vnde sicut
in prouerbiis sapientum dicitur. Nunquam peri-
culum sine periculo vincitur: nihil magnum in rebus
humanis nisi animus fortis. Quid enim prodest tua sa
piencia in periculo si non prosit: quid temporancia si
cadere te permittit. Omnes enim virtutes sine vir-
tute sunt: si fortitudo comes non fuerit. Quinimo vir-
tutis nomen fortitudini maxime competit. Nam a vi
ribus virtus: & in viribus fortitudo est. Nimirum igi
tur si fortitudo virtutis nomen pre ceteris habet. Vn
de Galterus in Alexandreidos libro sexto. Nihil in-
quit est q̃ fortis & ardua virtus deserat in expertum
mouet enim omnia & omnia temptat. Et Ouidius li
bro de ponto. Omnia deficiunt. animus tamen omnia
vincit. Ille eciam vires corpus habere facit. Et idem
libro decimo methamorp hosios Audentes deus ipse
iuuat. Vnde prosper in libro epigramaton. Qui valet
in aduersis oneratam ducere vitam. Hic magis est ani
mi. Vnde Oracius in libro carminum. Rebus in au-
gustis animosus atq̃ fortis apparere potest. Vtinam
igitur commemoremus predecessorum fortitudinem
animorumq̃ validitatẽ. Refert enim Gustius in abre
uiatura pompey libro secundo quomodo in maratorio
prelio quidam adolescens animo floruit valde cuius
nomen themistodes. Refert enim q̃ hostes post prelii
innumeras cedes fugam acceperunt quod cernẽs pre-
fatus adolescẽs ad naues hostium fugit: & cum manu

dex: nauē tenuit nec pri9 dimisit: q̄ manū amitteret: qua amissa sinistra q̄ manu nauē tenuit. morsu nauem detinui Itaq; nec cedibꝫ fatigat9 nec manibꝫ āputatis victus ē Vnde ad vltimū velut rapida fera dētibꝫ dimicauit: ducētaq; milia persarū: eo prelio ceciderunt. Ecce quam laudabilis victoria que fortitudine vendicata est. Vnde Seneca epistola xiii ad lucillum. Non potest magnus spiritus athleta habere nisi saguinem suum viderit. Tunc enim profectus animum non proicit. sed cum magna spe ad pugnam descendit. O vtinam tantum inhereret nobis fortitudo. exercendo miliciam cristianam: q̄m tam plurimi pro temporali protectione habuerunt. Hy enim sunt laudabiles: sed illi multum laudabiliores: nec tamen putem9 omnes pugnantes fortes debere appellari. Virtutem enim nō habent fortitudinis si illicito titulo pungnant vt inde lucrum sperent. Vnde Tulius libro primo de officiis. Fortes quoque & magnanimi sunt habendi: non qui faciunt pungnam sed qui propulsant iniuriam. Inuenitur enim qui laboribus susceptis periculisq; additis non querat mercedem aut gloriam Animaduertant igitur seculi pungnatores qui lucrum & fastum ex suis laboribus expectant. In ipsis enim nulla virtus est. Nam virtus mercedē terrenam non querit. Non dico tamen q̄ fortitudine gaudere non possis: si damna tua que inimicorum occasione tulisti: recuperare non valeas. Horum tamen adepcio finis tuus esse non debuit: quia preter ista vir armiger rem publicam tueatur. Sed procul dubio illud Tulii verificatur ii tusculanis questionibus libro primo. Nemo inquit sine magna spe seipsum pro patria offert ad mortem. Vtinam tamen spes fiat: sub spe non superbie sed eterne glorie vt fortitudo que virtus est tali spe mediante habeatur

Bene agere parum prodest sine boni operis p seuerancia. Vnde in prouerbiis sapientū dici tur. Nihil prodest didicisse bene: & facere si cesses. Nam turpe est bona cepta deserē. Vnde Quintilianus libro quāto de oratoria institucione perseuerā dum est. quia sepius et si vires deficiūt animo tñ psequèmur. Nam teste Tulio in primo rthorice. Perseuerancia est ī racione bene cōsiderata: stabilis perpetua q; permansio. Illi igitur perseuerant qui bona incepta cōtinuant. Diceres forsitan te perseuerare non posse Que teste Seneca in thieste. Leue quidem est miseri as ferre: sed ferendo perseuerare graue est. Et idem in hercule furente. Per multa inquit opera virtꝰ lax ari solet. Quibus attentis mirum est: si quis perseue rare possit. Huic autem dubietati respondeo omnib⁹ agendis modū debere preberi: vt enim perseueres ñ oportet vt laboribus incessanter insistas: sed vt mala cuites. et horis oportunis bonis intendas. & si frequē ter bona facere nequeas: saltem dum feceris diu pseuera. Iuxta illud Seneca in edipo. Quod sepe fieri non potest: fiat diu. Sed quod dicemus de his qui nō gloriantur: nisi excogitando meritorum varietatem nullamq; obseruātes stabilitatem. Vna etenim die vo ta ieiuniorꝫ obseruant. altera die studio tempore di spensant: orare īde pretermittūt: et cōtinere in posteꝫ preordinat. et postea bis omnib⁹ otraria faciūt. Rur sus vno tempe velut beremite viuūt et altero publi co ouictui assistūt. Tales enī vna die videb tā mestos tā tristes: tā marcidos et pallidos vt in se mortui cre dantur. innumerabilesq; penas p regno celoꝫ pati exi stimātur. Eosdem quoq; postmodū videbis risibus de ditus et iocis. porcoꝫ ebrietatibus dissolutos: mulie rum tactibus infectos: & quicquid a sua voluptate sub traxerint hoc postmodū inepte superaddunt. In ipsis

enim nulla est perseuerācia. eo ꝙ ab eis non desiderat̄ nisi fastus & apparēcia. Talibus vtiq; ꝓdesset si pocius studerent in bonis inceptis ꝑseuerare quā si nouitatem meritoꝝ et vt melius dicam apparatuū excogitare sollicitent̄. Vnde Seneca ad lucillum episto. xvi. Plus opis est vt ꝓposita custodies quā vt honesta ꝓpones. Perseuerādum est enim et assiduo studio attēdendum quousq; bona mens fiat bona volūtas. Et idē epistola. xxii. Turpe est credere hominē luctari cum officio quod semel recepit. qa vir non ē fortis ac strenuus qui laborem fugit. Et oracius ī libro carminum Equā memēto rebus ī arduis seruaē mētem. Nempe qui vult et fortis et ꝑseuerās fieri: pocius ī bonis crescere quā incepta deserere debet: nec cum fortuna debet mutari. quod tñ instabiles faciunt. Vnde Ouidius in libro de tristibus. Rara inquit virtus quā nomē fortune gubernat. Que maneat stabilis confugit illa pede. Nam qui cecidit stabili nō erat ille gradu. Vt ī quit Boecius primo de cōsolacione. Et Ouidiꝰ li. epistolaꝝ. Cepisti melius quā desinis vltima primis. Cadūt dissiles hic vir. et ille puer. Quasi. d. ꝙ constans melius desinit. et alius incōstans faciliter decidit. Sꝫ plurimi se viros appellant qui femineis moribus titubant: minimeq; ꝑseuerūt. De quibus Oracius in epi. Quod peciit spernit repetit quod nuꝑ omisit. Estuat & vite discōuenit ordine toto. Quod faciūt incōstantes qui sue instabilitatis calūniam locis imponūt. Itaq; loca incessanter mutant. nec tamē ꝑ amplius ab his bona cōtrahunnt. Vnde socrates. Cuidam q̄renti cur mutacio locoꝝ nihil sibi ꝓdesset ad adepcionem bonorū. Respondit quid miraris nihil tibi ꝑegrinari prodesse: cum te circūferas. Quasi dicēt qui viciosus est nō ex mutacione loci: sed mentis variatur et melioratur. Vnde Seneca epistola. xxviii. Animū debet mutare nō celum, Fastum enī si ꝑtransieris mare: secunt̄

te vicia quocũq; pueneris. Querẽs q̃re fuga ista te ñ adiuuet. quia tecũ fugit. Et epi. lxxix. Frequẽs de loco migracio instabilitas animi est. Hec enĩ omĩa ideo dicta sunt. qa instabiles viri locũ statusq; pmutãt. credentes deforis mederi. cum sit tñ interior moribus. mẽtem enĩ et nõ extrinseca mutare phibemur. Vnde Oracius libro carminũ. Impiger extremos currit mẽcator ad indos. Per mare paupiem fugiens per saxa pgit. O ciues ciues nõ animum mutãt qui transmare currũt. Nũquid plures iuuenes cõspeximus: quibus paterna doctrina dicebat. Discurrite p orbem vt sapientes sitis. Heu discursus iste sapientes nõ facit: sed ĩstabiles animo. Tales etenĩ vbiq; sũt et nusquam habitant. eo q vbiq; habitant: sed nullibi resident. Vnde Marcialis coqu9. Dic mihi quo veniã: dic mihi qua te pte requiram. Quisquis vbiq; habitabit nusquã habitabit. Quid pdest igitur homĩ laboranti vt cõgrue viuat si non pseuerat. aut quid inimicos homines vincere: et vicia non domare. Quid enim peccatis subicit & si molas posset deferre nihilomin9 fragilis est. Vñ Seneca libro septimo de naturalibꝫ questioĩbꝫ. Quid est igitur ĩ rebus humanis precipuũ ?. Et respondet animo omnia vicisse. Nulla enim victoria maior ẽ q̃ vicia domasse: innumerabiles siquidem fuerũt qui populos et vrbes habuerũt. Et subdit quid mai9 quam contra calamitates esse fortem. Et cõcludit quid ĩsanio quid anhelo: quid sudo: quid terram: quid forum verso. Multum opus est maius vt a sordibus discedamus: et a torpore nos ducamus: & tantũdem in occultis subtilibus veritatem inquiramus. Dicit autẽ peccator & vir instabilis quomodo permanebo aduersus fortunã dum videro premissa grandia munera: que ñ de difficili animus resilit. Queso attende fortunã mutabilem: & animũ stabilem fieri debere. Teste enim Seneca epistola. viii. ad lucillum. Cogitate inquit ni

bil esse mirabile preter animum. Omnia enim fortui
ta lapsa interiunt. Animus autem bonus perseuerat
Vnde idem epistola. lxxi. Eadem ĩquit virtute: et ma
la fortuna vincitur et bona ordinaliter acquirit. Vir
tutem intelligo animosam et excelsam: quãquã ĩcitat
quicquid infestat. Non inquit mirum est in tranquil
litate nõ cõcuti: sed illud mirare vbi omnes iacent ali
quid stare. Dices forsan: quis stabilem me faciet. nũc
enim paupertas me affligit. nunc timeo exilium: nũc
incarceror: nunc infirmor. Quomodo igitur subsistaꝫ
Cui querele respondet Seneca epistola. xxiiii. Fiam
pauper. Et subdit. Inter plures ero exul: viaꝫ vbiq; pe
nis alligabõ. Ad hoc enĩ natura me genuit: vt corpori
graui astringar. Infirmabor cessabit laguor sanitate.
vel morte moriã vt melius viuam. In omnibus igitur
animus supstat sapientis et cõstantis. Fugiamus igit
fortuita. Quia teste eodem Seneca epistola. xxxvi.
Inmores fortuna ius non habet: sed animus ad tranql
lum terminũ venit qui in eodem habitu est scilicet q
pseuerat.

¶ Capitulũ xvi. De incõstancia

Teste Tulio li. de nata deorum. Inconstancia
non debet cadere in virum sapientem. Verũ
est tamen ꝙ multi tanquam epicuri nulla vo
lunt stabilitate firmari. Vnde narrat Seneca libro de
constancia sapientum ꝙ epicuri corpori multum pep
cerunt dicentes: non licet sapientem ferre molestiam
Qua propter voluptatem tanquam felicitatem sũmã
elegerunt. Non decet tamen hominem mobilitate seu
fragilitate sic agitari vt ꝑ quacumq; tribulacione in-
mutetur. ymo licet in tribulacionibus constituatur.
nihilominus tamen constanter debet tollerare. Nãrat
enim Augustinus libro nono de ciuitate dei capitulo
quarto. Q licet Eneas multas tribulaciones haberet
in parte sensitiua. vsum tamen racionis in mente non
perdidit. Ideo Virgilius de eo inquit. Mens inmota

manet lacrime voluuntur inanes. Qua propter libro tercio de nugis philosophoꝝ narratur Socratem dixisse. sapientem offendi non posse. ymo aduersus omnes fortunam constans & inmobilis manet. Vnde Valerius in libro quito de morte Socratis refert: q̃ forti animo refert: constantiq̃ vultu pocionem venenosam. licet mortiferam accepit. & cum eius vxor lamentaret dicens. Vir meus innocens moritur. Socrates dicebat. male cõqueris. Nam si me diligeres cupere deberes vt innocens moriar. Turpe est enim morte dignũ mori. Ipse enim Socrates omnes mũdo seruientes miseros vocauit. Nam cum ab eo peteretur quis miser esset. Ipse respondit: miser est qui nũquam miser fuit Quasi. d. q̃ ille miser est qui nũquam miserias mundi sustulit. Nam veteres legimus in magnis angustiis p seueraſſe. et licet onerosa fortuna ipsos persequeret. nihilominus animo constantes permanserunt. Narrat enim Valerius libro quito q̃ Anaragoras philosophꝰ audita morte filii sui quem maxime diligebat inmutatus permansit. Vnde sibi ea anũciata ita respondisse refertur. Rem inquit nouam seu expectatam nõn annũcias. sciebam enim q̃ omne natum ex me esset mortale. Sciebam insuper. q̃ sicut nullus moritur nisi prius vixerit. Ita nullus viuit: nisi moriturus sit. Ibidem eciam recitat Valerius. Xenodoxes audita morte sui primogeniti mime cõmotus fuit. Vnde dum sacrificaret & coronam in capite haberet. vt mortem filii sui audiuit coronam de capite pro lamentacione tantũmodo deposuit. Cum tamen interrogaret qualiter mortuus fuisset. sibi relatum est. q̃ in bello pugnando mõtuus esset. Quo audito ipse Xenodoxes statim coronã reposuit. et sub iuramento sacrificiorum affirmabat. q̃ plus gaudebat de virtute filii quam bellando habebat: quam de ipsius morte tristaretur. Ex hiis igitur patet q̃ predictorum virorum animus fortuna per-

bari non potuit. Vnde Valerius libro septimo de quodam alio philosopho narrat q̄ cum filii eius sibi ablati fuissent: omniaq̄ bona dissipata: interrogatus fuit qd perdidisset. Ipse autem respondit: q̄ nihil. dicens omnia mea porto mecum. quia scilicet virtutes & sciencias in animo secum gerebat. Nec tamen in solo virili sexu talem mentis constanciam legimus. ymo eciam ī muliebri fragilitate perseueranciam commemoratam reperimus. Narrat enim Ambrosius libro tercio de virginitate q̄ mater quedam eiusq̄ filia ī tantum amauerunt castitatem. q̄ maluerunt in flumen precipitari quam lubricitatis dedecore contaminari. Vnde cū violari se timerent se mutuo amplexantes. & quasi cō reas letas ducentes in flumen se proiecerunt. Insuper Augustinus primo de ciuitate dei de lucrecia narrat q̄ cum a Tarquino violata fuisset. parentes statim cō uocauit: et pre grandi animi constancia parentibus p̄ sentibus se interfecit: legens sue castitatis integritatem violatam fuisse. Si igitur muliebris animus morti non pepercit. Vir igitur fortis perseueranter in bonis operibus permanere debet atq̄ vicia constāter debet detestari. Vnde Seneca epistola. liii. Nūquam inquit cum viciis satis litigamꝰ. Ea igitur persequi debemus: sine modo et sine fine. Nam in viciis non ē modus neq̄ finis. quia mentem sine fine laniant. Si igitur extrahi non possunt cum illis pocius cor est euellendū Ex his concludamus constanciam maximam habendam ad mala cōpescenda. Huius autem temporis nulla est constancia virorum. sed fragilitate imminente. modiciq̄ timoris occasione decidunt. Queso tamē vt veterum constanciam commemoremus. Narrat enim Valerius libro quinto capitulo sexto q̄ vir quidā dictus Codrus mōti se exposuit eciam vltra vires: vt sui victores deficerent. vnde Augustinus libro quīto capitulo. xviii. de ciuitate dei narrat de quodam qui se

in foueam precipitauit: eo q̄ audiuit a diis fuisse dictum q̄ romani perdiderunt id quod optimum habebant. Narrat eciam de bruto qui filios suos occidit q̄ fuerunt cōtra rempublicam. Vnde poeta. Natus que pater noua bella manentes ad penam pulcram pro libertate vocauit. Idem narrat de alio. qui filium occidit: eo q̄ contra voluntatem imperii fecerat licet pro patria pūgnasset atq; vicisset. Nam estimabat peius imperium contemnere: quam absq; voluntate imperii eciam pro patria glorioſe vincere. His igitur exemplis colligimus antiquos constantes fuisse. Ideoq; famosus atq; racione sue animositatis nomen acceperūt

¶ Capitulum. xvii.

De constancia

NVllum redditur laudabile opus si constancia desit. vbi autem quis permanet constans: sui operis precium adipisci meretur. Nempe cō stancia veritatem predicat. rudices prauos redarguit & omnium virtutum genera ad salubrem portum deducit. Nurquid diogenes veritatem singulis dicere non formidabat. Narrat enim Valerius libro sexto q̄liter Aristippus diogeni olera lauanti dicebat. O diogenes. si dionisio adulari velles: talia non ederes: Cui diogenes. Si tu inqt edere velles Dionisio adulaciōes non dares. Ecce quanta viri cōstancia. qui maluit pauperiem ferre pro veritate dicēda: quam adulari: et exinde ditari. Sed nec in solis viris constanciam reperimus. sed eciam feminas animo fōtes extitisse legim? vnde narrat Valerius libro quinto qualiter mulier q̄dam absq; demeritis a Philippo condemnata: constanter dicebat. O Philippe vtinam vētrem tuum magis sobrium inuēnissem. Nam oris tui crapula: non est iusticie amica. His igitur verbis coegit eum de causa sua inquirere et iustius iudicare. Insuper narrat qualiter: cum dionisius tirānus propter nimiam crudeli

tatem deberet succumbere. mulier quedam alta voce orabat. vtinam dionisius in columis esset. Quod cum audisset dionisius: ipsam interrogauit cur hoc diceret Ipsa autem respondit. Cum essem puella tiranum crudelem habuimus: crudelior successit. tu autem tercio aduenies ceteris crudelior fuisti. Peto igitur vt maneas: timens ne peiorem post te habeamus. Ecce quã ta mulierum constancia que veritatem dicere non erubuerunt. Laudanda est igitur virtus constancie vel fortitudinis. Quam siquidem virtutem Macrobius legitur libro primo sic descripsisse. Fortitudo seu constancia est animum super periculum erigere: nihilq; nisi ẽ pia metuere. fortiter aduersa tollerare: & humiliter prospera. Qui enim hac virtute caret nullam in suis operibus prosperitatem habebit vel obtinebit. Nam per ipsam constanciam martires prevaluerunt: confessores vsq; ad obitum perseuerauerũt: & principes dominari meruerunt. Narrat enim Valerius vbi supra Qualiter Pompeius cuidam viro antiquo: suam etatẽ improperauit dicens ipsum mortuum fuisse in senectute & exinde resuscitatũ. Cui senex respondit: Non mentiris inquit pompeie. quia cũ mortuus essem iui ad inferos ibi vidi multos de te conquerentes eo q; iniuste per te condempnati fuerunt: atq; perdicionis eorum causa fuisti. Verumtamen tũc temporis magnũ erat pompeio malum aliquid dicere. Viri igitur cristiani constanter in via domini ambulare debent non timendo eos qui occidunt corpus. sed in domino fiduciam constituere. vnde Tulius in secundo rethorice confidenciam sic describit. Confidẽcia inquit est virtus per quam magnis & honestis rebus animus cum spe certitudinis fiduciam collocabit. Hanc tamen fiduciam plurimi non habent. quia neq; in deo: neq; hominibus confidunt. Cuius oppositum legimus de Alexandro secundum Valerium libro secundo. Qui cũ

infirmaretur . et suus medicus nomine Philippus po
cionem ei dare vellet. tunc quidam dictus Permenon
Alexandro scripsit: vt caueret ab isidiis Philippi. cu
ius litteras cum legisset pocionem indilate sumpsit: et
Philippo litteras legendo tradidit. Itaq; prius pocio
nem sumpsit: quam medico nũciaret suspicionem. Nã
rat eciam ibidem q; cum Alexander audisset quendã
familiarem multa mala de eo dixisse: relatorem respu
it dicens . Non est inquit credibile vt non diligar ab
eo quem tanto tempore amaui . Confidenter igitur ĩ
cedamus de deo: non solum de proximo confidentes.
Nam Iacob claudicabat. & tamen preualuit. quia do
minus cum illo erat . Narrat enim Valerius libro ter
cio . Qualiter cuidã claudo in acie existenti vnus in
perauit dicens: quid ibi faceret. Ille respondit propo
no pugnare & non fugere. quia claudus fugere non
potest . licet igitur claudus esset tamen confidebat .
Narrat ĩsuper de quodam cui dicebatur q; sagitte ad
uersariorum propter multitudinem obscurabant solẽ
Ipse respondit ĩ vmbra spaciari delectabilius est. Hoc
enim ex magna confidencia dicebat. Insuper de quo
dam ibidem narratur . cui cum diceretur q; muri ca
stri quod obsidebant erant excelsi. Ipse respondit. pro
mulieribus alti sunt. sed non pro viris qui ipsos fece
runt . Constanter igitur et confidenter speremus in
domino . Quia teste prophetaqui sperant in domino
non confundentur

Tractatus quartus libri secundi est de virtutibus capitalibus Cuius primū capitulum est de Humilitate

Virī glorioſi humilitatis gcia deo placuerūt. Vnde narrat Gregorius in dialogo libro p mo capitulo xv. qualiter Conſtantinus bumillimus fuit. Nam cum qdam ipſius Conſtantini audiuiſſet famam, acceſſit vt videret ipſum. quem cum vidiſſet ait. Ego credebam iſtū hominem grandem eſſe. ſed nihil habet de homine. Quod cum audiſſet. Conſtantinus: gracias agebat dicens: tu ſol9 es qui oculos in me apertos habuiſti. Ecce magis amabiliter deſpicientem quam laudantem. Vnde Auguſtinus ſuper Iohannem. omelia. prima. Vera inqt bumilitas eſt in nullo ſuperbire: in nullo murmurare: in nullo ingratū eſſe vel querulū: ſed in omnibus deo gracias agere. Et idem Auguſtinus in epiſtola. xxxvi. Non eſt inquit: alia via ad obtinendū veritatē niſi bumilitas: quia ea vnuſquiſq; ſeipſum congnoſcit. Et ibidem narrat de quodam retborico qui cum interrogaretur quod preceptū in retborica magis eſt obſeruandum. Reſpondit q pronunciacio. Et cum ſecundo tercio et quarto ab eo idem peteretur: ipſe pariter idem reſpondebat. Sic inqt Auguſtinus. Quociens de preceptis humane legis interrogas me quod magis obſeruandum: nil aliud reſpondere licet: niſi ſerua humilitatem. Que qdam bumilitas non errorem ſed ſcienciā gignit: ſi vera fuerit. Vnde Anſbelmus libro de ſimilitudinibus capitulo. xxvii. Septem inqt ſunt gradus bumilitatis. Quorum primus eſt cognicio ſui. Secundus eſt dolor de culpis ppetratis. Tercius eſt ſui peccati cōfeſſio. Quartus voluntaria perſuaſio ſcilicet q fateatur ſe peccatorem. Quintus contemtus ſui. Sextus tollerancia iniuriarum. Septimus gaudium bumilitatis. Quorundam tamen ſcientia non bumiliat ſed ī

flat. Quo ad hoc tamen non sciencia sed ignorancia ē Quia teste Gregorio .xxiii .moralium. Vera sciencia non extollit sed lamentari facit. Vnde dicitur Ecclesiastes. p̄mo Qui addit scienciam addit et dolorem. Vnde Bernhardus: de gradibus humilitatis: humilitatē sic describit. Humilitas est virtus q̄ verissima sui cognicione sibiipsi quisq; vilescit. Ideo humilitatem Augustin9 suad3 sup Iohannē omelia. xv. dicens. Vt omnium morborum cupido & t̄pitudo curaretur descendit filius dei et humilis factus est. Si ēgo te pudeat imitari humilē seruū: humilem deū saltē imitare. Vnde Mathei. xi. Discite a me q̄a mitis sum et humilis corde. Et Gregorius. xxxiiii. moralium. Quanta igitur humilitatis virtus est per quam deus sine estimacione viuebat homo: licet magnus esset: factus est paruulus. Item Iheronimus epistula. lxxxvii. Illam inq̄t sequamur humilitatem quam deus docuit: quia multi eius vmbram: pauci verò veritatem attingunt. Auferantur igitur omnia figmenta verborum: cessent simulati gestus: quoniam non ceremonia: sed iniurie paciēciam humilem probat. Attendamus enim quoniam p̄ humilitatē virgo sublimata est: et omnis superbia postulat casum. Nam pheton cecidit superbus vt dr̄ primo methaphisice. Et thedalii filius aera scandere volens precipitatus est. Romaniq; sua superbia subiecti sūt: quoniā supbis deus resistit teste propheta. Nam et humilitatis exemplū a Cristo suscepimus. Omēsq; supbos legimus deiectos. Nunquid superbia Babilonis liguas diuisit. vt dicit̄ ī gen̄. Nunq̄t Amon propt̄ superbiam suā ab omnibus adorari voluit. sed in patibulo suspensus fuit: quod parari fecerat. Hester. tercio. Nunquit propter superbiā Balthasar interfectus et Nabuchadonosor de solio eiectus est. Danielis. t̄cio Nunq̄t Nichanoris supbia debellata fuit. p̄mo machabeoꝝ viii. Et Antiochus propter superbiam insanabi

li plaga a domino percussus .vt dicitur .ii. macha. ix. Nempe sicut fecit superbia casum. sic et humilitas exaltat. Nam Dauid fuit minimus inter fratres suos super quos tum exaltatus est .vt patet primo Regum. xvi. Rursus Manasses precessit Effraim. qui tamen Effraim benedictionē recepit. vt patet. genē. xxviii. Nunquit Adonias natus est ante Salomonē: et tamē Salomon obtinuit regnū. vt dicitur. ii. Regū. xxiii. Illi ergo maiores fuerunt: qui tempore posteriores et corpore minores: fuerunt scilicet humiliores. Qui autem ambicionem preamauerunt mox per ruinam consumti sunt. Nam Chore et sui conplices perierunt qa dominiū ambierūt: & Moisi detrahebant. Item Absolon ambiens regnum & detrahens patri dereiectus est secundo. Regum. xv. Nam Abimalech procurabat dominium: sed postmodū i crimina maxima incidit quoniam fratres proprios occidit. Et Roboam ābicioſus pessime regnauit. tercio. Regū. xiii. Quomodo enim fieri poterit vt sistat firmo gradu superbus: nam qualiter fixus erit qui violenter scandere aliosq; transcendere presumit. Nunquit precipue lugeat: cum nullū violentū perpetuum natura teste. Fastus nanq; superbor fundamento caret: racione cum non roboretur: alias supbia nō esset. Qui enī racione erigūt superbi ñ sunt. Sed nunquid difficile est id permanere quod in altū eminet si fundamento nō solidet. Ecce vides superbis dei iudicio: congruere casum ¶

Capitulum secundum de humilitate quomodo exaltat & superbia deprimit

SIc humiliare exaltacio est. Ideo appostolus secundo. Corrin. vltimo dicit. Ipsi vos probate an agnoscatis vosmetipsos. q. d. q homo cognoscens semetipsum de facili humiliatur. Ideo beatus Augustinus i libro Soliloquiorū orādo dicebat. vtinam nouerim te & nouerim me. Nam

qui cognoscit se videt quia cinis & putredo est. Vnde. gen. xviii. dicitur qualiter Abraham loquens cū deo. dicebat. loquar ad deum meum. cum sim pulvis & cinis. De cognicione hac loquitur Bernhardus sup Cañ. omelia. xxxvi. dicens Volo inqt profunde aīam scire p̄mo seipsam: quod postulat racio ordinis: quoniam apud nos sumus primum nobis. Talis etiam scientia nō inflat: sed humiliat. Vnde Macrobius libro primo narrat qualiter in fronte templi. Appollinis scriptum erat. Hec est via ad beatitudinem si teip̄m agnoueris. Vnde vox de celo descēdisse creditur dicens scito teipm̄: vt tradit Policratus libro. iii. ca. ii. Cui concordat. Iuuenalis. dicens q̄ ista vox de celo descendit dicens gnotus olitus id est scito teipsum. Mā Augustinus. iiii. de ciuitate dei. ca. primo. Sciencia inquit celestium atq; terrestrium magnam estimat buā num genus. Sed profecto meliores sunt qui huiusmodi scienciis seipsos nosse preponūt: quia laudabilior ē animus cui nota est sua infirmitas: quā qui ea non respecta vias fidei scrutatur. Insuper Bern. super. can. omelia. xxxvi. Superbia inquit ignorancia ē cui qua cum melior estimas quam sis: tua deceptrix cognicio esse mentit. Nam vicia sepe virtutes fore se similant: vt ait. Gregorius. xxxi. moralium ponens exempla et dicens. q̄ dissoluta misericordia pietas habetur: & pertinacia cōstancia creditur: iactancia libertas vocatur: pigricia maturitas nuncupatur: inquietudo solliciturdo nominatur. et sic de aliis. Multi igitur sibiipsis menciunt dum sua vicia virtutes putant. & se ignorantes crimina multiplicāt. Homo igitur examinare debet cōsciencia: vt quod malū est corrigat. & quod bonum teneat. Nam de sanctis animabus in Ezech. legitur q̄ corpus eorum erat plenum oculis. Et hoc de viris iustis Grego. expoit sup ezech. li. p̄mo Ome. vii &. xxi. Ceterū. Hugo de clausto anime. Sicut inquit

conuentus hora statuta ad capitulum confluit vt ma-
la corrigat. Sic rō ad secreta cōdis debet ꝯuenire. Et
quod nephas ē cōrigē. Iuxta illud Isaie. xlvi. Preuari
catores ꝛdite ad cor. Et ibidē. lxiii. Reduc me ad me
moriā vt iudicemur sil' quoniā cogitacōnes iustoꝝ iu
dicia Prouer. xii. Non qdē iudicia ad iudicandū seip
sos. Iuxta illud. Eccle. xxxi. Precurre prior in domū
tuam & illam aduoca ad cor. Et Ezech. iiii. labia eoꝝ
reflexa intrinsicus per circuitum. Quod quidem Gre
go. libro. ii. ome. ix. exponit de vera cognicione sui:
ex qua sequitur humilitas. Vnde Seneca libro tercio
de ira narrat qualiter Sixtus oī die se interrogabat q̄
liter vixisset sicut alias tactum est: pariter eciā quisq;
facere debet. Veruntamē sicut ait Grego. sup Ezech
libro primo. ome. ii. Sicut aqua concussa seu mota nō
representat imaginem intuentis. Sic anima inquieta
seipsam cognoscere non potest. Tunc anima est inqui-
eta quando humanis sollicitudinibus occupat̄. Si vis
ergo teipsum cognoscere intra cubile domꝰ tue: & ex
clude omnia preter deum: vt docet. Augꝰ. in suis me
ditacionibus. Si quis enī ad hoc perueniat vt sua cog
nita fragilitate clarissime concludat se mortis expec-
tatorem: assiduum peccatorē fore se cernet: se cinerē:
se vilem: inmundum ignarum: inmemorem beneficio-
rum dei. His nempe cognitis non erigetur in altum.
Vnde Lactañ. Non laudibus herebit: sed humili plāc
tu fatebitur eos tātumodo laudibus dignos: quorum
mens tendit ad superna preuio sincero contemtu sui.
O vir perite quid tibi pericie aut lecture prosunt: si
te tibi propinquum ignoras: & agnoscis intuitū side-
rum forsan cunctoꝝ motus proprios & actus: planeta
rum situs: que forsitan usq; ad minuta queris & pecca
ta tua ḡuissima non cernis. Scis tamen quia nihil tibi
facilius vel vtilius: quam si vera tui agnicione conuer
taris. Obstat fortassis vanum seculi lumen cuius intu

itu mens excecat veritatem: & non perpendit ei9 de-
decus: seq; supra se non reflectit ¶ Capitulum
tercium. Quomodo humilitas facit homines acceptos

HVmilitas hominem reddit acceptum: ama-
bilem: et sublimem: quando precipue humi
litas nõ est coacta. Vnde Aristotiles. v. me
tha. Qui humiliatur sponte melior est quã qui humili
atur vi. Si enim humilieris: te rennuente: que gracia
tibi. Tunc enim mereris: quando in medio voluptatũ
& honorum teipsum corde vilipendis. Vnde. Bruno
Humilitas est virtus qua homo verissima sui cognici
one vilescit. Ideo Seneca ad. Lucillum episto. vii. Re
dige te ad parua ex qbus cadere nõ posses. Vnde. Va
lerius maximus. libro. iiii. refert. q cũ Valerius om-
nia insignia sub titulo consulatus accepisset: tũc fasti-
gium magistratus ad humilem habitum deduxit: om-
nemq; superbie fastum contemsit. Vnde. Prudencius
libro de conflictu viciorum. Humilitas inquit intẽdit
gressum mediocriter omniaq; parce erigit. Et Ouidi
us libro. iii. de tristibus. Tu quoq; formida nimium
sublimari semper propositiq; tui contrahi vela precor
Nam teste Oracio libro epistolarum. Paruum parua
decent. Omnis est autem homo paruus Quare Versi-
ficator ait: spernere mundum: spernere nullum: sper-
nere sese: spernere corpus proprium: quatuò hec bona
sunt. O quanta eorum stulticia qui in seipsis gloriant
Non aduertunt enim omnes superbos coruisse: sed po
cius presidia vbiq; petunt: nullũ reuerẽtur: nulli obe
diunt: luciferiq; videntur vestigia sequi: eo q de boĩs
si habuerunt: deo gracias non impendunt: & si fortũa
ditabit eos: tunc deum negligunt & postponunt: seip
sosq; deificos putant. Legimus tamen q. xenophon sa
crificaret & deum reuereri non pretermisit licet ma
iorem filiorum suorum in prelio cecidisse: ipso sacrifi-

cante audiuit: vt refert Valerius libro .v. Hoc enī sū-
perbia in dei fieri non pmittit. Tanta est enī vt siqs
nedum filium immo etiam nociuum aliqd accepit sta
tim insurgit: blasphemat deū irreuerenter: & ceruicē
contra deum omnipotentē erigere nō formidat. Hcu
quam stulta superbia q̄ deo submitti recusat. Nam te
ste Virgilio in. buccolicis. A loue est principium: sed
a deo est omne bonum: ad cuius obediencīā homo co-
ditus est. Sed transgressionis primā preuaricacioēm
superbia creauit. Vtniam igitur illi obediremus cui?
imperium mens vitare non potest: cuius dominiū to-
ti presidet orbi. Illi queso obediamus cui obedire ser-
uire est. Cui seruire regnare. De qua obediēcia dicit
Hugo. Vera obediencia inquit. est pro amore dei ser-
uare mandatum dei; plurimi tamen non dei manda-
tum: sed proprium arbitrium sectantur. Vnde Cassio
do epistola .lxxiii. Animus dolosus nō sequitur dei ar-
bitrium sed suas explicat voluntates Vnde Thereci?
in adelphō. Quid tu illic agis: nemo obtpat: pauci enī
obediunt deo. Cum tamen versus in Geor. libro .iiii.
dicat. Est legum seruāda fides supna volūtas Quod
mandat fieri q̄ iubet parere necesse est. Veruntamen
nullus diuinas infringere timet: tantaq; hominum te
meritas vt suum nutū diuine preferant legi: maiora
q; legum statuta contemnunt. Minime igitur maiori
bus obediunt: luxta illud Salustius in cathe. Quomo
do poteris in minori negocio legem tenere: si eam in
maiori neglexeris. Nam leges sūt sicut tele aranearū
quibus infirmiora animalia capiuntur & validiora n̄
Sic leges obseruare pauperes coguntur & a superbis
leges spernuntur. vt ponit Valerius libro .vii. Vnde
Oracius in. epistolis. Sunt qui turpe putant parere
minoribus: & q̄ iuuenes didicere: senes recusant fate-
ri. Hec enim superbia facit honisq; moribus obedire
non permittit. Superbia homines reddit ingratos dei

hominiq; beneficia cognoscere dissuadet. Quot sūt q̄ qui superbie tumore seducti: parentes fagiunt: paupe res a quibus bona primitus susceperūt. Alii quoq; suos magistros reuereri vereuē a quibus eorum doctri na exortum cepit. O superbia facis vt homo seipsū ne gligat: beneficiiq; accepti immemor fiat: & ingratum eum reddis: cui maxime congruit beneficia cognosce re susceptā: eo q̄ inest racio & mens qua singula talia cognosci possunt. Vnde de ingratitudine loquēs. Se neca libro primo de benefi. Inter vicia inquit maxia nihil est frequencius quam ingratitudo animi. Et ibi dem libro.ii. Quidam inquit fortune gracias agunt & in angulo erit non ad aurem. Et subdit ingratus ē qui remotis arbitris agit gracias. Ide m ēp̄. x. ad Lu cillum. Nihil carius estimamus quam beneficium qđ diu petimus: nihil vilius quod cum cepimus ingrati sumus. Quod verum est apud superbos. Sed humiles bona susceptā cognoscunt suaq; gratitudine vendicar t amicos.

¶ Capitulum.iiii. de superbia fugienda.

SVperbia est eleuacio indebita mentis: q̄ iu re meretur casum: hominem infatuat: ami ciciam seperat: generat iurgia: pacienciam tollit: excessus suadet: correctōnem respuit: eloquium tumescere facit: mores elatos reddit: deprecari dissua det: se flectere non permittit: nullumq; vicium magis proprie demonibus hominem equat. Vnde. Plautus in aululari a. Res nimis singularis est homo superbus non paciens. Nam superbi minores despiciunt: maiori bus inuident: & ab equalibus dissenciunt. Vnde sicut in prouer. sapientum dicitur. Cito fit ignomina sup bi gloria. Nec cum illis existimo superbos: qui famu latum hominum sic accipiunt q̄ eos non contemnunt. Vnde. Seneca ad. Lucillum. ep̄. xlvii. In homines in quit similes nobis non agimus superbiam minimamq; seruitutem exigimus. Verum q̄ corpus famulari per

mittimus: ſed non minus appreciamur. Ipſos enim fra
tres eadem naturam nobis progenuit. Proh dolor tñ
ſuperbia de die in diem creſcit. Illi quoq; qui ſuperio
res ſunt nobiliores volunt nuncupari. Iuxta illud. Sa
luſt. in iugurtino. Superbia racione nobilitatis malū
eſt. Hii enim ceteros ruſticos vocant: condicōniſq; ſer
uilis eo tamen pacto quo ceteris iniuriantur: ſe igno
biles fore oſtendunt. Nobiles enim ñ ſūt niſi q; faciunt
ea opera que nobilia ſunt. Si enim adeſt fortuna pro
ſpera cur ſuperbiunt: ſcientes q; ſolida non eſt. Vnde
Tullius libro primo de offi. In rebus autem proſperis
ſuperbia fugienda eſt & arrogancia. Nam aduerſas
res & ꝓſperas īmoderate ferri leuitatis ē ſcilicet in
ſipiencie. Vanam ſuperbi verſificatoris documētum
menti ꝺſpicerent. Ait enim. Vnde ſuperbit homo cu
ius concepcō culpa: naſci pena: labò vita: neceſſeq; mo
ri; vana ſa'us hominis: vanus labor: omnia vana. Inter
vana nihil vanius eſt homine: poſt hominem vermis:
poſt vermem fit cinis. Heu heu ſic cedit in cinerē glo
ria noſtra ſuum. Vnde primas. Si tibi gracia ſi tibi ſa
piencia formaq; detur. Sola ſuperbia deſtruit omnia
ſi committetur. Et proſper libro ꝓpīg. Sola eſt innu
meris armata ſuperbia telis: quia ſcilicet ſola ſuꝑbia ī
finitas ſagittas gingnit peccatorum. Vnde ironice.
Iuuenalis libro. iiii. ſuperbis ita loqtur: quia tu galli
ne filius albe: vos vilis populos nati infelicibus omēs
Que verba pretendunt vt nullus preſumat de ſemīe
vel matre iactare ſeipſum. Omnes enim eiuſdem na
ture ſumus: nec pulcritudo debet gingnere faſtū. Ve
runtamen teſte. Ouidi. libro. primo de faſto. Faſtus
ineſt pulcris ſequiturq; ſuperbia formam. Si tamē at
tenderent pulcri ſe turpes futuros: clare cernerēt eo
rum gloriam exiſtere vanam. Inquiramus igitur vn
de oriatur in homine faſtus aut preſumcio. Si enī ex
malo. tunc ſuperbie occaſio non eſt. Si ex bono: cur ſu

perbit: cum non ab ipso: sed ex deo sit. Stultus ē enī qui de non suo iactanciam facit. Vnde Galterus libro secundo in Alexandreidos: Parcite mortales aīas ex tollere fastu. Parcite victores ingrati viuere summo Victori vires ceptrum diadema triumphos. Diuicias dare qui potuit auferre valebit. Itaq; omnia bona ex deo sunt. Si quis eciam ex bonis superbiam accipiat bonis iam caret. Vnde prosper in libro epig̃. quod qs non cecidit proprium sibi viribus aptat. Hoc ipso quo se stare putat cecidit. Ecce vides omnem superbiā pō stulare casum: licitaq; ratione carere. Nam fastus hominis non ex racione sed ex mera stulticia deriuatur. Itaq; stulti omnes illi sunt qui de sua fortuna aut sapiencia superbiunt: qui ceteris se sapienciores existere credunt: qui doctores eos se posse īstruere presumūt dicente. Varrone in suis sentenciis. Contra omnes sapere decipere est: idēst nō sapere. Et Tulius libro de achada. Inepte qs mineruam docet & si uester pudet docuisse mineruam. Euanescunt igitur mundi sapientes: quorum superbia mera insipiencia est. Ambiunt enim principatus dominia: plateas familiā: & seipsos non possident seq; ipsos ignorant. Vnde Seneca libro de quatuor virtutibus. Ne inqt in re alciori te ponas in qua stanti tremendum: descendenti cauendum est Et ibidem ep̄. lxxiii. Ambicionis non tam iocundum est multos videre subiectos: quam graue ante se habere parem. Hec enim ambicionorū stulticia ē sibi parē pati non posse: aliisq; preesse peroptant: sibi autem si preessent superbia non tumescent. Vnde in prouerbiis sapientum dicitur. Vis habere honorem do tibi imperium magnum. Impera tibi nullum enī imperiū vtilius: quam sibipsi imperare. Vnde Socrates Stultū inquit est: vt imperare quis velit aliis: cū sibiipsi imperare non possit. Et Fulgencius libro .ii. miccologiarum Qui plus querit esse quam licet: minus erit quā

vellet. Si quis igitur ascenderit: sic scandere studeat vt cadere non opporteat. Vnde Macrobius in libro Saturnalium Ad summum inquit gradum claritatis cū veneris egre consistes & cicius quam ascendas cades Ve autem regibus & principibus qui gloriam mūdi quasi perpetuam arbitrantur. Casus enim nō habent timorem: quia forte non cognoscunt deum maiorem. De quibus Sidonius in suo epistolari libro. ii. sicut inquit hominibus reges imperant. Ita dominandi desiderio regibus dominantur. Cur igitur superbiunt reges. His enim subseruiunt quibus preesse se iactant. Nam si rex bonus es: tunc sollicitaris quit faciat seruus: vt malum corrigatur: bonumq; premiatur. Studes enim quid imperabis: quoniam remp. defensabis quas leges facies: quibus officia cōmittes: quo pacto emulos contentabis: quo tramite amicis conplacebis. In his enim ōnibus tibi famulantibus subseruis. Cur igitur superbis? Diceres enim q̄ hec omnia aliis committes: quomodo igitur regis. Reuera rex nō es nisi populum regas: quem si rexeris vt prefertur famularis. Absit igitur vt superbiā ex dominio suscipias: q̄ fecisse legitur Allex. Vnde Valeri. libro. viii. Fastus inquit Allexandri pectus insaciabile laudis accepit innumerabilesq; mundos audiens fore a democrito eos concupiuit. Heu inquit me miserum qui mundo vno dotatus sum. Cui Allexandro vt refert tharcius quidam dixisse fertur. Si inquit corporis tui magnitudo animo par esset: orbis te non caperet. Vna enim manu orientē: & altera occidentē contingeres Sed quid respondit. Ignoras nunquid arbores magnos diu crescere: postmodum tamen vna hora extirpantur. Ex his principes omnes documentum accipiant: & superbiā siquam gerunt deserant. Quia teste Galtero in libro Allexandreidos Quā friuola gloria muudi quā reiū copia fugitiua hominum. Et Plaut? Qui preesse cu-

pit prodesse recusat. Magnus Alexander mihi exem
plum est: cui non suffecit orbis. Postmodum suffecit
excisa defossa marmore terra. Quinq; pedum fabrica-
ta domus quam nobile corpus exiguo reqeuit humo.
Que omnia concludunt superbie fastu vitare debere.

¶ Capitulum. v. de vana gloria.

INanis gloria ideo sic vocata est quia inuti-
lis et vana est: & sicut stulti hi merito arbi
trantur qui viribus se putant diuites fieri
Sic stulti videntur hi quorum desiderium et sollici-
tudo vanitas est. De quibus Oracius in libro sermo-
num. Gaudent pre nomine molles agricole. Et Auia
nus. Hic quocunq; noua sublatus laude tumescit. Et
marcial' coquus. Cum voco te dominum noli te cape-
re fastum. Sepe eciam seruum sic resaluto meum. Ma
plurimi in solis vocibus gloriantur: & ex honore vano
in seipsis tumescunt: proprioq; ore laudibusq; se extol-
lunt. Quos redarguit Catho dicēs. Non te collaudes
nec te cuspaueris ipse. Hoc faciūt stulti q̄s gloria vex
at inanis. Quid dicemus tamen quia singuli gloriā ex
operibus expectant. Vnde narrat Valerius libro. ix.
q̄ cū suffodes iam senex tragediam pro certamine mi
sisset: audiēs se vicisse et superasse pregaudio expira-
uit, Et Pluius in ep̄. ad Arranum. Necesse ē vt lau-
dis sue spacio & cursu & peregrinacione quisq; leteē
Eandem sententiam tangit Tul' in tus. ques. libro. i.
Nos inquit alit ars omnisq; intentum ad studia glorie
habentes. Quibus omnibus attentis q̄busdā apparet
ex operibus posse gloriam capere: congrue. Huic aut̄
dubietati respondendum sic apparet. Nam si bene fe
ceris si te benefecisse leteris: nec vana gloria vtilis ē.
Sed obest: si de tuo suscipias opere gloriam quā deo
non referas: & de quo gracias deo humillime non im
pendas. Talis enim gloria non tua est: sed dei. Si enī
ex bono opere sic leteris: q̄ tamē deo regracieris: tua

tunc leticia nō est inanis qa bono limitatur fine. Sed illa gloria vana est & inanis quā ex te & in te accipis qua mediante proximum despicis inflarisq; & iactantiis tumescis. Absit hoc a iustis: gloria ippocritarum est: quorum opera ficta: quorum eciam merces vanitas est. De quibus Tul. libro primo de offi. Tocius ingt iusticie nulla capitalior quam eorum qui quod agunt simulant: vt boni viri videantur. Et ideo libro. ii. ibid Omnia ficta celeriter tamquam flosculi decidunt: nec simulatum quitquam potest esse diuturnū. Et li. iii. Homines aliquid agentes & id simulātes perfidi sūt inprobi & malicioſi nullum eorum illorum factū vtile esse potest. Nam teste eodem Tul. libro de amicicia. Omnium rerum similacio viciosa est. Tollit enim iudicium veri. Nec tamen reprobandi sunt qui peccata sua tegunt ne peccandi occasionem aliis prebeāt. Sic enim agere ippocrisis non est: sed vera est eorum gloria: qui non ad aliud se bonos ostendunt: nisi vt glorientur & laudes habeant: & promoueantur & dominentur Itaq; hi mali non sunt: eo q malam mentem eorum tegunt. Sed quia bonum simulant quod non intendunt hominumq; iudicia sub spem glorie subuertunt. Hi vulpibus similes apparent atq; lupis. Vnde Persi9. particulam veterem retines si fronte peritus. Astutam rapido seruas sub pectore vulpem. Et Prudenci9 Latitat lupus ore cruento lacteolam mentitus ouem sub fellere molli. Vnde Oracius in poetria noua. Nunqd te fallant animi sub vultu latētes cuiusmodi sūt ippocrite. Ipsi enim se ostendunt vt deo famulari credant demoniscq; sunt filii: sed lucem gerere videntur. Si ei opera eorum vera existerent: mercedem veritatis ex operibus non exspectarent. Vnde Pliuius ad Catulli um. Magnitudo animi nihil ad ostentacionē: sed oīa ad conscienciam refert: rectecq; facti nō ex populi sermone mercedem: sed ex facto petit. Nam sicut opera

sunt: sic premia conformia querunt. In quorum persona loquens Boecius. ii. de consolacione. Nos inquit nec ad populares aures inanesq; rumores recte facere tendimus: & relicta conscientia virtutisq; prestancia de alienis sermonunculis laudem captamus. Horum etenim vita ficcio est: & mores sunt imagines absq; vita & ideo delentur & decidunt. Quia teste Seneca libro de clemencia. Nemo potest diu ferre personam fictam Cito enim in naturam suam recedunt quibus veritas non subest. Que autem ex solido nascuntur tempore in melius proficiunt. Nempe vani & ypocrite sic cognoscuntur. Raro enim perseverant: & viuendi manerie mutant: laudes amant: iactanciasq; faciliter producut: adulari gloriantur: a quolibet reuereri expectant: qd agunt arbitrantur bonu: de aliis vero praue iudicant: corrigi nolunt. Corriendi vero occasionem querunt. Que autem faciunt aut facturi sunt sibi precipi dolet Arbitrantur enī proprio sensu se regere posse: in aliis tamen obedienciam petunt: viuendiq; normam nō habent vnicam: & in agendis semper extremisant: in omnibus singularitate studeant: & quod facere soliti sunt: multos si facere videant mox viuendi modu nouu excogitant: gestibus & signis pluribus ceremoniis se ostendant: faciliterq; se incuruant: & humilitatem quā minime habent maxime figunt: dū loquuntur ab omibus audiri cupiunt: sed neminis sermonē benigne audiunt: inuite salutant nisi signo vel nutu: vt meditacione aut oracione vacari arbitrentur: ad iracundiā facile mouentur: & turbati cum fuerint mordaciter irritāt: sueq; superbie veneno tumescunt: studioseq; mē dicant: & malum de aliis aperte dicūt: vt in seipsis haberi non credatur: vt exinde gloriam accipiant: nō libenter laudant: nec laudantes auscultant: frequenter murmurant: & sub nebula detrahere n̄ cessant. Si vero sui status plurimos videant: hos palam secūtur: vt

ex eorum consorcio famam vendicēt. Recusant tamē
parem quenquam eis fore: sed maiores ippocritas eis
sectantur vt laudis participes fiant: minoresq; cupiūt
sequaces: vt eorum doctores videantur: cum paribus
vero voce & mente contendunt. His enim signis cog
noscunt ippocrite: & in cousimulibus premiātur. Eoz
enim opera atq; premia vana sunt. Rursus eorum tan
ta est temeritas vt omnia presummāt: nihilq; difficile
arbitrantur eis: intolerabileſq; labores incboant: sed
tandē fatigati de corporis debilitate se excusant: sub
tali enim pretextu balneis dum placet vtuntur: quia
dum volunt infirmantur Eo enim pacto quo fingunt
virtutem non habitam: pariter infirmitatem fingere
sciunt: & cū infirmitatis speciem acceperint plus qui
buscunq; alius volunt plangi: nec potest eis sufficient
seruiri. Pruritus enim atq; lenimenta: lanā mollem: li
tea odorifera: & queuis oblectamenta carnis: sub nu
be ficte infirmitatis postulant. Rursus cū ipocrisi diu
tissime vacauerint: si exinde honores non percipient: si
opes non obtineant: si secularibus vacantes desideriis
videant ipsis preferri si conspiciant suum deprimi sta
tū: & odio a cunctis haberi. Tunc mores prehabitos
deserunt: & secularibus se conformant postremoq; ce
teris dissolluciores fiunt: & solum hoc plangunt q̄ vo
luptatibus non dederunt tempore quo ippocrisi serui
erunt. Horum igit̄ inutilis labor: ieiunia friuola: fruc
tum non capiūt ex operibus suis: vane glorie deditos
seducit laus ab adulatoribus oblata: qui quantum in
eis est eos interficiunt: quos suis laudibus inficiunt.
Nam teste Ouidio libro. xii. metha. Et obest sua glo
ria multis. Ideo Matheus in thobia. non credes titul
fame: teq; consule credeq; menti. Et Marcial' coquus
Hunc volo laudari qui sine morte potest. Absit tamē
q̄ eos laudari prohibeam in quibus virtus est. Quia
teste Ouidio libro de ponto. excitat auditor studium

laudata⁊ virtus crescit: & immensum gloria calcar habet. Et idem .iiii. de tristibus. Non parvas dat ad gloria vires. Et sedula facit pectora laudis amor. Absit igitur vt hos virtuosos laudari non debere dicam⁊ periculum est quosdam laudare. Nescis enim quis virtuosus sit. Credis enim virtutes augeri laudibus: & virtuosos forsan suis spoliabis virtutibus. Sintigit̃ parce laudes tue: nisi virtuosum agnoscas quem laudaueris: quo cognito laudare non desistas: temporibus opõtunis vt sibi virtutes accrescant: dicente Seneca libro de quatuor virtutibus: lauda parce vitupera parcius Queso tamen vt pluries eorum laudes conmemorem̃ plures enim alios laudant ⁊a principibus placẽt. Sed hec laus modica est: dicente Oracio in epistolis. Principibus placuisse virum non vltima laus est. Alii vero bonos laudant: non in eo ⁊ boni: sed vicia eorũ qui ex fama boni sunt cõmendant. Hec enim laus stulta est. Vnde Varro in suis sentenciis. Qui in magnis excellit inuitus laudabitur. Nouim⁊ enĩ temporibus istis quosdam ex fama bonos: quibus turpia immo turpissima contigerunt: sed omnia prosunt in laudẽ illis. Nescit enim vulgus a fama recedere solita. Bonos igitur laudemus in eo ⁊ boni sunt: de peccatis vero laudare caueamus. Vnde Cassi. epist. iiii. Debemus inquit oĩbus bene gerentibus impendere laudes: non quidẽ falsas sed veras. Quia teste Sidonio ĩ suo epistolari li. ii. Sicut vera laus ornat. Ita falsa corrũpit. Et Valeri⁊ libro .iii. Publica religione cõsecrata virtus nulla priuata laudacione indiget. Et Plinius in quadam epi. Hoc ipsum amantis est: amatum nõ honorare laudib⁊ Verũtamen virtus laudanda est. Vnde idem Plinius in epistola ad Cornelium tbicianum. Prauum ac malignum est non admirari hominẽ admiracione dignissimũ. Ex quibus omnibus colligitur ⁊ licet laudibus virtutes non egeant: virtuosos tamẽ laudare discrete

& parce congruit: dummodo laus virtuti non credat̃ abesse sed saluti prodesse. Redarguendi igitur sunt q̃ per inuidiam laudare recusant: & qui more adulatorꝝ falsis sermonibus applaudẽt. Vnde Ouidius. Laudacio inquit tãtum glorie tollit: quantum falsitatis ĩmiscet. Et Therenci9. in adelph. Coram inq̃t aliquo laudare verecundum est: ne adulacionis causa fieri videat̃ In hoc positus est mũdus q̃ omnes mendaciter laudari cupiunt: & qui non laudant aduersarii putant̃. Vir tamen circũspectas pocius laudibus egere q̃ abnudare cupere debet. Nescis enim quanta sit demoĩs astucia: de laudibus enim tibi propinatis mucronẽ sue tẽptacionis efficit. Absit igit̃ vt laudes appetas: si tamẽ acceperis ipsas deo referas. Vnde Seneca ad Lucillũ epistola. lxxii. Quid inquit letaris ab hominibus laudari. Reuera minime prodest: nisi forsan stabilis extiteris virtusq̃ laudibus crescat: quod raro contingere videtur. Queso enim si lauderis vt teipsum agnoscas nec aliis plus de teipso q̃ tu tibi credas: dicente Cathone. Cum te laudat aliquis etcetera. Plus aliis de te. Et Oracius in epistolis. Percunctatorem fugito. Et subdit Incuciẽt tibi peccat̃ pudorẽ. Vtinã igit̃ laudes q̃s audis te cadere non faciant. Si enim ministraueris vt virtutes acquiras. Heu qualis conuersio: si tibi noceant attẽde quia tibi ñ nocebũt si teipsum noueris. Ideo eĩ aliqui laudibus decipiũtur quia sui immemores fiũt: & laudum pre copia se cognoscere pretermittũt. Vnde Galterus ĩ Allexãdreidos li. vii. Dum secũtur profugi bona momẽtanea mũdi. Allicit illecebris aĩmum caro nec sinit esse principii memorem: vl eius imaginis instar. Bona enim mũdi laudes quãdoq̃ arbitrãtur: quibus occurrẽtibus sepius homo ñ remiscitur sue facture & seipsũ ex toto ignorat. Quidquid tñ audieris veritatem preferas aĩo tuo. Quia teste Lactañ. libro de vera religiõe. Nullus suauior aĩe

cibus: qui am cognicio veritatis. Veritatem autem illi non habent: qui verbis laudancium magis intendunt quam proprie iactare: quam i seipsis nouerint. Verū tamen seipsum qui nouerit faciliter errat verbo seducitur resurgere nescit. In quorum persona loquitur Seneca epist. l. Ceci inquit ducem querunt: nos aut sine dure erramus: & ideo ad sanitatem difficulter peruenimus: quia nos egrotari nescimus. Illi enī se egrotari nesciunt qui sue mentis delicta nō nouerunt. Nichil melius tī quam seipsum cognoscere. Nam cognicio sui: superbiam vitare discet: & laudibus non decipi prestabit. Nec paruum donum est seipsū cognoscere. De celis enī processisse legit. Vnde Mocro. libro primo de somno Scipionis. De celo inquit descendit gnoscos olitos: idest: scito teipsum. Vnde referē q cuidam querenti quo itinere ad beatitudinem pueniret, Vox delphicii oraculi respondit. Si te agnoueris beatus eris. Vnde in fronte templi hec sentencia scripta fuit. Homini necessaria est cognicio sui. His omnib9 attentis nec laudes nec opes: nec fama superbiā in te generabit teipsum si cognoueris. Conspicies enim ex vi li materia te progeitum menstruis in vtero nutrit turpitudinibus videbis tuam infanciam maculatā fuisse: iuuentutis q tua fuere tempora plurimis exposita periculis: senectus te persequitur: & mors petit ocasum: peccatisq forsan inuolutus es. Nulla tua est prosperitas secura. Ecce quanta humilitatis incitamenta ergo te cognosce: superbiam vitare si velis. Sed nunquid laudib9 auditis desistere poteris a fastu: aut opibus si diteris. Nunqd ex eis tibi gloria vana osurget nequaquam enim si te bene conspexeris. Vnde Marci alis coquus. Ardua res hec est opibus non tedere mores. Quia propter diuicias cor exaltari nō debet. Vn de Galterus in Alexandreidos libro. viii. Quid tibi diuicius opus est esurie pariunt: quanto tibi plura pra

ſti: tanta plura petis: ſicq; famē: rurſus defectū copia nutrit. Prudens igitur pecunus nō glorieť vt ex laudibus tumorem accipiat: ſed ſe cognoſcere diſcat. Vnde Tulius in oracōne ſua. Pro cēto illud eſſe volo vt q̄ lis es cognoſcas: ta'ēq; homines exiſtimēt. Quid enī prodeſt laudibus vanis extolli. Nam teſte eodem in tuſ. queſt. libro. iii. Homo qui ſine materia in vanitate verſatur: nullam effigiem eminentem virtutibus ſed vmbrā imaginis glorie ſectať. q. d. q̄ vir vāitati b9 ſupbie dedit9: more imaginis debilis ē. Vnde Valerius maximus narrat Socratem dixiſſe. Conſciencīā plus quam famam attende. Per famam enim falli poteris per conſcienciam nunquā. Vnde Señ. epī. xxvi. Remoue exiſtimacionem hominum: dubia ſemper eſt & in vtramq; partem diuiditur. q. d. de laudibus parum eſſe curandū. Vnde narrāte Valerio libro. viii. laudari no'uit Ariſto. ſed de ſeipſo in neutram loquē dum predicabat. Quoniam ſe laudare vituperare eſt Vnde Simachus in ſuo epiſtolari. Omnis oſtentacio non caret ſuſpicione mendacii: quia quitquit aſſumit proprium: non mutatur. Et Quintilianus de oratoria inſtitucione libro. iiii. Verecūdius eſt dicere ſua: quā aliena laudanti. Et Oui. li. iii. ſine titulo. Quis furor eſt: que terre latent ī luce fateri. Et que clara facies facta referre palā. Vnde Catho. Ne ſis ventoſ9 ſi vis bon9 eſſe videri. Nempe qui ſe laudat: ſe ſuperbū: & conſequenter vicioſum monſtrat. Vnde Quintilianus libro. viii. de oratoria inſtitucione. Vicioſa ē res iactā c'a pariterq; faſtidium & plurimum odiū Et ſubditā Qui enim ſupra modū ſe extiterit alios deſpicere creditur. Ob hoc Prudencius libro de conflictu viciorū & virtutum: deſine grande loqui: frangit deus omne ſuperbum. Magna cadunt: inflata crepant: tumencia premuntur. Scandunt celſa humiles: tradunť ad ima feroces. Et Gan. fre. in poetria noua. Vincat op9 ver

bum:minuit iactancia famam.

¶ Capitulum.vi. de habenda paciencia.

Paciencia vincit malicias: vir quoq; pacies superat emulos: nec potest eā prebere vindicta victoriam quam paciēcia donat. Ipsa enī mala tollerare: benigne facit. Itaq; pati qui nouerit ferre: impassibilis ē: sibiq; nemo nocere potest: eo q; nociuum nihil sibi apparet. Vnde Lactancius libro de vera iusticia. Paciencia inquit est malorū que aut afferuntur aut accidunt: cū equanimitate tollerancia Vnde Plato. Tocius inquit philosophie robor ē paciencia. Et Tulius in primo rethorice. Paciencia ē honestatis siue humilitatis cum rerum arduarū ac difficiliū voluntaria ac diuturna perpessio. Hanc siqdem pacienciam habent sapientes: vt ex prouerbiis sapientū collitur. Sapientes enī merito dolores ferrē debēt quia doloribus castigatur corpus & anime subicitur. dicente Seneca ad Lucillū epistola. lxxviii. In remedium cedūt honesta solacia. Et quitquit animū erexerit eciam corpori prodest scilicet ad correctionem. Et subdit: noli mala tua tibi facere grauiora & te querelis onerare. Mā leuis est dolor: si nihil illi opinio adiecerit. Et idē Seneca epistola. vi. ad Paulū. Feramus equo animo & utamur foro: quod sors concesserit: do nec in victa felicitas finē malis imponat. Nam apud athenieñ. Solon pacientissimus fuisse legitur: vt tangit. Valerius libro. vii. Et Terculianus in Apologitico. Epicurus inquit omnem cruciatum doloremq; dā nauit. Reuera noui plurimos esse impacientes poci? opinione propria quam vexacione extrinsica. Quia teste Quintiliano libro. vi. subit libens pietas penam Et idē Quintilianus causa decima. Nulla pena est nisi inuito: nullū habemus nisi in impaciencia dolorem. Et vt quitquit crudele sit metus facit. Verū q; multi suis stimulacionibus viros eciam virtuosos ad impa-

cienciam redigerunt. dicente Seneca libro primo de clemencia temeritas hominũ & contumacia sepe tranquillissimis pectoribus impacienciam extorsit. O vtinam in vita mortali in qua pro certamine cõstituti sumus pati disceremus. Solent enĩ milites fame siti ipsis nõ recusantibus vexari. Milites igitur cristiani ea libenter ferant que aduersa fortuna pro certaĩne ministrat nocumenta. Tunc enĩ fotuna victa est: virum pacientem si inuenerit. Quoniam teste Prudencio li. de cõflictibus viciorum. Ecce modesta grauis stabit paciencia vultu. Per medias ĩmota acies variosq; tumultus expectabat: defixis oculis & leta manebat. Inde quieta manet paciencia fortis ad omnes. Omnib9 vna comes virtutibus associatur. Nam vidua est virtus quam non paciencia ferat. Vnde teste Lucano li. secũdo. Gaudet paciencia duris. Et Ouidius li. ii. de arte amandi. Cede repũgnanti cedendo victor abibis Et idem Ouidius li. ii. de remediis. Posse pati facile est tibi: nisi paciencia desit. Flumen perpetuo torrẽs solet cicius ire. Si tamen hec breuis est illa perhẽnis aqua. Que verba nihil aliud sonant nisi sicut aqua torrentis quandoq; intrat flumen quod est alcius eiusq; aquã perpetuat: sic paciencia omnia vincit: & vir paciẽs: forciores se superat. Ideo Marcialis coquus ĩqt Qui sua metitur pondera ferre potest. Et Seneca ad Lucillum epistola. viii. Bonus quitquit accidit ei eq̃ animo sustinebit. Sciat enĩ ita accidisse lege diuina q̃ vniuersa procedunt. Hec siquidem racio magnam pacienciam suadet. Nam si cõsideres a deo singula fieri cui nulla vis resistere potest. Cur igitur molestum tibi ẽ ea sustinere: que deo placẽt. dicẽte Seneca epist. lxxiiii. ad Lucillũ. Placeat homini quitquit deo placet. Et idem in Hercule furẽte. Nullo premetur onere paciẽter qui tulit. Nam virtutis domare ẽ. Et subdit. ꝙ durũ fuit: pati memĩsse duce ẽ Vnde Valerius

libro. iii. Non parua gloria contemtu doloris acquiri-
tur: quia titulus sapiēcie dat. Et Therēcius in Ecbi-
ra. ex quo tibi fuerunt comoda eius equum est ferre
incomoda. Vnde Macro. libro saturnaliū. Qui suos do
lores anxietatesq; dissimilant pacientie beneficio ad
maximam voluptatem. Et ibidem refert iniurias eni
tulit libenter. Vt autem paciēciā quis obtineat con-
sideret an aliquid mali gesserit: & si culpabilem se re
periet penas correspondentes suo crimini imponat.
Quas tunc libēter ferat ex quo propria facta illas me
ruerit. dicente Cathone. Quod merito pateris pacie
ter ferre memento Cum reus tibi sis ipsum te iudice
damna. Vnde Valerius li. iiii. refert q; cum Siracusa
nus a Dionisio tiranno rēpulsus esset: tunc accessit ad
domū Theodori pro tunc principis in vrbe: ad fores
tamen diutissime expectauit: & suo conplici tunc dix
it: pacienter hoc ferendum est: quia forsan aliquod si
mile fecimus: cum in gradu nostre dignitatis essem?
Vnde Ouidius libro epistolarum. Leuiter ex merito
quitquit patitur ferendum est. Et idem Ouidius li.
ii. sine titulo. Equo animo penam quam meruere fē-
rant. Attendam? enī vere pacientie comoditates Nā
paciēcia excitat animū & corpus laboribus exercitat
Vnde Galterus in Allexandreidos li. iii. Excitat in-
dum vires: dolor paciētis sepe re'atū: vis illata leuat:
minuit q; coactio culpā. Omnia descēdunt a sūmo cul-
mine rez. Que verba designāt duas paciencie comodi
tates Dat enī paciēcia exercitiū & contra culpam re
mediū. Vnde Galter? libro. vi. Asperior sanat graui
ores pocio morbos. Et Matheus in libro de Thobia
nomine passa dei redolet: tribulacio pcit passio delec-
tat lesio pena sapit. Reuera paciēcia merita auget de
uocionem confert q; cremēta & in aduersitatibus cre
scit. Vnde Arator libro. v. Mitissima sors est penarū
quas vota gerunt: regniq; facultas ppetuo prege pa

ti mensuraq; virtus crescit in aduersis. Si enī quis p
nomine dei penam sufferat: hec libenter agat: quia p
illo certat: que superabundāter omnib9 rebus pensat
Rursus consideremus egros: pro sanitate plurima fla
gella pati: que licet aspera sint: libenter tamen ferunt
sub spe future sanitatis. Nunquid ergo pro salute mē
tis penas: si ocurrāt: libenti animo ferri congruit. Vn
de Ouidi9 libro primo de remediis. Sepe bibi succos
quāuis inuitus amaros Eger & fateor medicus turpi
ter eger eram Vt corpus redimes ferrum pacieris &
ignes. Quia scilicet pene sunt tollerande: p corporis
medela. Verum q; pro corpore homines omnia ferūt:
sed pro mente raro: eo q; corporis molestias senciunt:
anime vero calumniam non aspiciunt: veteres tamen
plurimi penas innumerabiles tollerasse referuntur: ip
so dicente libro de tristibus. Tot mala sum passus qt
in ethere sidera lucent. Paruaq; quot siccus corpora
puluis habet. Et eodem libro. Fert sapiens omnis ca
sus pacienter amaros. Frena nec indomiti more recu
sat eas. Quia scilicet sapientes libenter ferunt que tol
leranda sunt. Animaduertant amatores mundi quāta
dulcedine vitam deducūt sepius sceleratam: cui9 mol
licies asperitatem gignit penarum succedencium p
delictis in quibus delectant. Eorum tamen arbor spi
nosa est sed rosas conspiciunt dulces: & arboris spinas
non attendunt: quia extrinsica delectamēta degustāt
& delicta intrinsica nō increpant. Hi similantur arbo
ri spinose producente rosas. dicente Ouidio libro de
ponto. Sepe creat molles aspera spina rosas. Iupiter in
multos temeraria fulmina torquet. Qui penam culpa
ñ meruere pati. Per amplius illi igitur penam pacien
ter ferre debent: qui propriis delictis eam meruerūt
Quinimmo letari habēt qui deliqrunt si penis in hac
mortali vita afficiantur. Quanquam enī cum peccato
ribus dissimulat deus: nil tamen inultum manebit sed

pena grauior multũ post obitũ apparebit. Vnde prosper li. epig̃. Multa diu summi suffert paciẽcia regis suspendẽs eq pondera iudicii. Et subdit. Et curat medicus vulnera vulneribus. Ad veniã tendũt iusti pia verbera regis. Ira breuis rectis gaudia longa dabit. Quia scꝫ post vitã presentẽ deus sceleratos puniet: & iustos premiabit. Et illos per penã: istos ꝑ gloriã eternã. Absit igit̃ vt quis impaciẽs facit ex vite presentis modico verbere. Sed pociꝰ medicoꝝ consilio adiuuemur. Consulũt aũt mẽbra morbida trũcari: vt residua corpis pars valida maneat. Huius etenim vite solacia postponamꝰ: carnisq; maceracõnem non recusemus: vt salus futura nobis prestet̃. Vnde Claudianus Truncetur & artꝰ vt liceat secure viuere mẽbris. Et ĩ ꝓuer. sapi. dr̃. Feras quod ledit: vt quod ꝓdest feras. Quia teste Oui. li. i. sine titulo. Leue fit quod bene fertur Recolo impacientes etenĩ plurimos viros vidisse: quibus oĩa nocebãt. Alios aũt conspexi pacientes quibus oĩa ꝓspera videbãtur. Nam quanto quis minus nouit pati tãto seuius & frequẽciꝰ affligit̃. Quãta enĩ pena his adest qui de oĩbus vindictã q̃runt: verbisq; importunis ɔtra singulos ɔtendũt. Et si spes supandi affuerit nunq̃ indulgẽt nisi ꝑcuciãt. Vtinã attẽderẽt illud Cathonis Quem supare potes interdũ vince ferendo Maxĩa etenĩ moꝝ est paciẽcia virtus. Cũ recte viuas ne curas verba maloꝝ. Arbitrii nostri ñ est quod quisq; loq̃tur. Dices forsitan pati molestũ fore tibi: eo ꝙ pacẽ cũ homĩbus q̃ris: sed hominũ impietas te anxat Vtinã attẽderes illud ꝓspi in li. epig̃. Impia pars mũdi parti est infesta pioꝝ. Et subdit Pulsant exterius diuersis motibꝰ hostes. Intꝰ ciuile est & sociabile malũ. q. d. ꝙ anxietas a malis deforis impulso viro ñ nocet si eius mens ab intus quieta sanaq; esset. Sed fortassis supbia mentem occupat: ob hoc leuis infestacio irã cõcitat beneficioꝝq; collata possessio rigidiores se

pe animos facit. Itaq; gracia desursū collata fomentū frequenter impaciencie ministrat. Ob hoc magister Zeilo sic ait. de gcia vitā: corrúpere vita: ne vite merita domerearis ita. Heu vnde hic accidit q; munera dei paciēcie cōtrariantur: nō quid ex se: sed ipsa qui habēt impaciētes: eoz occasione fiūt. Quid est q; nullus verba tollerare potest: sed ex modica iniuria quisq; mouet. Attēdamus enī q; verba vēto cōpantur: & tūc minime nocēt qñ de ipsis nulla cura prebetur: aut qñ obliuione ēduntur. Turpe est enī illi9 reminiscī ꝙ affligaris. Vnde in puer. sapientū dr. Iniuriaz reme diū est obliuio. Miserrima enī fortuna est que inimico caret. Sienī null9 inimicus facit iniuriā tibi: multos facit tū inuidia. Vnde viri boni est pati: nescireq; ac facere iniuriā ei9. Nam iniuria est infamia ei9 qui facit. Ideo teste Varrone ī suis sentēciis. Contemnendi sūt: ineruditoz; otemtus. Et Salustio ī iugurtino Bono viro sanctius est vinci: q; malo iniuriā vincere. Vnde Señ. ad Lucil. epi. lxxvi. Equo animo audiēda sūt Impatoris cōuicia ipse: cōtemtusq; honestoz; tibi cura est: si ab impitis cōdemnaris. Nam ab eis laudari honor nō est. Eoz igit̄ irritacōes tanq; friuolas asperne & benigne patere. Si enī animaduetam9 vetez; tollerāciam exēplo dotabimur eoz; singulaq; pati discem9. Vnde Cassiā9 in li. collacōnū refert q; Socītes iniuriā ti nocere noluit. Quinimo cū qdā corruptorē pueroz; eum vocasset: tūc discipl̄i eius irruere volebāt in eum Sed Socītes ait. O sodales qescite: corruptor enī sum sed me cōtineo. Eciam de ipso Socīte refert Iheroni. conē Iouinianū li. i. q; paciētissimus fuit. Nā vxores duas cum haberet: ipsas sepius irridebat: eo q; propt̄ ipsū disceptabāt. Cur igit̄ propt̄ me disceptatis. nam fedissimus homo sū: naribus simus: frōte caluat9: frō te pilosus. Nouissime tū prefate vxores impetum mutuum verterūt in eū a quaq; fedissima eū deturparūt

Qui nihil respondit: nisi sciebam in futuris vt ista to-
nitrua imber seqretur. Ipse eciã Socrates teste Señ. ad
Lucillũ dixisse refert: q̃ nihil patiẽ qui secũ paciẽciã
habet. q. d. q̃ paciẽdo: paciẽs vir nõ patit: quia ex pe-
na nõ molestat. Itaq; impaciẽtes maxime paciũtur &
maxime ãgustiantur. Si aũt paciẽciã haberent q̃ vir
tus est tunc paciendo non paterẽtur.

Capitulum. vii. de Ira.

Ira perturbat animũ: sensũ non ꝑmittit dis
cernere veꝝ: & illum plus affligit cui adhe-
ret: quã eũ cont̃ quem ipsa mouet. Nam sp
inest ãgustia iratis. Tibi igit̃ parcas: aliis si nõ parcis
Vnde de ira loquẽs Tul. in sua oracione ꝓ Marcello
Iracundia inquit consilio est inimica: & est victoria ĩ
solens atq; superba. Vnde Epicurus Ira immoderata
insaniẽ gingnit. Et Eunodius Ira iuste suũ plusquam
alios lacescit actorem. Vnde Tul. in tus. ques. li. iiii.
Ira inquit est libido puniẽdi eũ qui tulisse videt̃ iniu-
riã. Sed si paciẽcia habet̃: ira conpescenda credit̃. Vn
de Oraci9 ĩ epistol. Tu cõpesce cathenis iram. Quo-
niã teste Cathone Ira odiũ generat: concordia nutrit
amorẽ. Ira impedit animũ et cetera. Eandẽ eciam tã-
git sentenciã Prudẽcius li. vi. de ꝯflictu viciorũ. Et
Virgili9 li. ii. eneidũ. Furor inquit mentẽ totã preci
pitat. Et Lucã9 li. iii. Inuenit̃ animũ precipitari fu-
ror. Vnde Ouidi. li. iii. de ar. amã. Ora tumẽt: nigre
scũt sanguinis vene: quib9 extinct9 iniuria suscitat ig
nes. Et li. metha. Sepe suũ feruẽs oculis fert ira fu-
rorẽ. Et idẽ li. de ponto. Que nõ obruit taciti cesaris
ira. Addita sũt penis aspa verba meis. Que omnia ni
hil aliud designãt nisi q̃ ira maxime affligit iratos. Si
igit̃ stulti putãtur qui seipsos affligũt: sic & magna ĩ-
sipiẽcia est eoꝝ qui facilit̃ irascunt̃. Nam ira g̃uissim9
dolor est: & q̃nto ꝓnior: tãto g̃uior. Vnde ĩ ꝓuer. sapi
entũ dr̃: q̃ bon9 anim9 lesus multo grauius irascitur.

Nam ꝓbi hominis iracūdia grauissima ē. Si igit̄ probus es: tāto magis irasci timeas. Eodem enī pacto te affligis: sensū ꝺfundis: & cum hoc peccabis. Itaq; salutis viā ꝑstergabis. Discas igit̄ benigne pati vt tuus in pace qescat animꝰ. Vnde Galterꝰ in allexādreidos li. i. Blādiciis indignꝰ erit molliq; potiri fortūa. Qui dura pati uł amara recusat. q. d. qꝺ ñ ē dignꝰ bonis potiri qui aduersa ferre nō valet. Si enī prudens aspice rerbona q̄ ex paciēcia sibi affuturāt: fortassis benigne vitaret iras. Sed teste Quintiliano ca. v. Humane infirmitatis ista natura est: vt ex omnibꝰ accidentibus grauissimū putet quisq; qꝺ patit̄. Veruntn̄ teste eodē ca. x. Nulla pena est nisi inuito nullū habeꝰ nisi ab impaciencia dolorē: & vt aliquid crudele sit metus facit Vnde Iulius celsus li. i. Homini illa inest malicia: non virtus pauli semper ferre nō posse. Facilius enī reperiunt̄ qui vltro morti se offerūt: quā qui diu dolorem facilit̄ ferāt. Quia teste Salust. ī catbe. Nulli mortalū iniuria putat̄ vicium. Vtinam tn̄ hec recederet cō dicio a nobis: vt irā refrenaremus: qua corpus exstirpamus: animū debilitamꝰ: sensūq; eneruamꝰ: omnisq; boni spē ira destruimus. Queso dic mihi si sapiens es cur irasceris. Estimo enī q; ꝑue volūtatis extiteris. Iniuriā enī si accepisti & paciencia tibi pro nomine Cristi affuerit: tunc ira cessabit. Et si tua virtus tāta nō fuerit: & te vindicare queras: aut hoc potes aut non. Si potes cur irasceris cum emendare poteris. Si aut̄ vindicare nō possis: cur irasceris. Nosci enī q; ira tua te non vindicabit: sed ex ea solum hoc reportabis q; fatigaberis tu ipse: & exinde letabit inimicus tuꝰ. Iuxta illud Psalmista. Exultabunt inimici mei si motus fuero. Itaq; dum irasceris vindictā quam ī alio desideras ī teipso facis. Queso igit̄ vt miseriarꝫ tui. O ira effrenata quot perdidisti viros: quot prelia seminasti: quot fratres diuisisti: quot necasti: quot te feriente: quot

subito & improuise deceſſerūt. Multos enī ad ſtultitiā deduxiſti tuiſq; ſtimulis plurimos expirare feciſti. Et te moleſtante: quidam ſuſpendio: alii ſubmerſione alii proprio mucrone ſe necauerūt. Omnia enī delicta ſuū auctorē ad tempus delectāt aut delectare credun tur. Nam delectaē ſupb9 ī faſtu: lubric9 ī luxu: edax in guſtu: piger in requie: auarus in deſiderio. Sed tu ira nil niſi flagella confers. Miror enī cur te homines nō fugiūt ex quo nihil delectacōnis apparentis uł ex iſtentis in te inueniē. Tu enī ira machinas enſes: gla dios & arma reperiſti: & omniū crudelitatum genera te nocente ꝓceſſerunt. Vnde Tibulius Quaſi fuit hor rendus pri9 qui ꝓtulit enſes: Quā ferus & vere fer9 ille fuit. Sed teſte Ouidio li. i. de ar. amā. Nec enim lex ulla inequior ē: Quaſi necis artifex arte perire ſuā Vobis igiē ꝓcite: vobis indulgeatis o vos irati. Quia teſte Galtero in allexandreidos li. viii. Non veri ſimi le eſt alieno cuiq; ꝓcere qui ſibi non ꝓcit. Sapiens aē diſcat mitigari ſuoſq; ſenſus refrenare: nemo eſt enim adeo tam ferus qui non mitēſcere poſſit: Inquit Ora cius ī epiſtol'.

¶ Ca. viii. de odio & crudelitate

Si odio habeas quenquā tu ipſe odioſus eris: munera tua deo non placebunt: peccatorūq; veniam non impetrabis quia miſericordiam non meretur: proximo miſereri qui contendit. Diſcas igitur eum diligere quem amare ex precepto teneris iureq; nature. Nam amicicia bona ſpūalia atq; tēpalia congregat: & mencium vnitatē conſeruat. Vnde Va lerius li. ix. Ire & odii affectus magnus ī peccatorib9 humanis excitant fluctus. Ille pro curſu celerior. Hic nocendi cupidine pertinacior. Et nota q; per li ille de monſtrat affectum ire: & per li hic affectum odii. Et ſubdit Quaſi vehemens eſt contra rempub. odiū. Ni hil eſt quod bono ꝯmuni tantū obſit ſicut odiū. Et q; quam ſint omnia odia mala vt cōmuniter tñ neq;ciora

sunt illa que latent. Vnde in puer. sapiẽtũ dr: Multo rum odia sub occulto latent. Et sequiẽ: Peiora sũt rec ta quam aperta. In hoc tñ positus ẽ mundus ꝙ semp ĩ eo iurgia erũt. Ve tñ iurgiosis. Nam princeps odioꝝ est diabolus qui ꝑ magna pte impat mũdo. Diffi cul ter igitur pax vniuersalis erit. Vnde Qui. ĩ ibm: De sinet esse purus contrius ignibus humor: Et tepidus gelido flabit ab ortu nochus: Et ver autumno hiemi miscebitur estas: atq; eadem regio vesper & ortꝰ erit sc3 antequã sit vera pax mundo. Nam mũdus ĩ malig no positus est paceq; nunquam fruetur veraci & vni uersali: sed sufficit sapiẽti propria pace quietari: odia fugiat: rancores euitet: & cum pace mentis virtutibꝰ intendat. Nam odium reddit hominem crudelem & a natura propria discedere hominẽ facit. Nam referẽ a Valerio li. ix. ꝙ Othus qui postea dictus ẽ Darius crudelissimus extiterat: viroſq; optimos interfici mõ te cõmuni nõ otentabatur: sed crudelissimum mortis tormentum excogitauit. Si enĩ crudelis erat crudeli tatem postea repire meruit. Nã sicut dr ĩ puer. sapi. Multos timere debet: quem multi timent itaq; respu e crudelitatem & matrem crudelitatis irã. Vnde Se neca ĩ agamennone. Rudis est tirannus morte qui pe nam exigit. Et ĩ declamacõnibus li. iii. Scelus est oc cidere. Et li. i. de clemencia dicit, Ferina ista rabies est sanguine gaudere atq; vulneribus. Tale cnĩ gaudi um facit hominem ĩ siluestre animalis transire. Vnde Lactañ. ĩ li. de vero cultu. Qui hominem quamuis ob merita damnatum ĩ conspectu suo iugulari pro volun tate petit: conscią3 polluit: tãquam si homicidii quod sit occultus spectator & particeps fiat. Absit igit ab homine crudelitas que proprie nature cõtradicit. Vn de Tul. ĩ li. i. de offi. Magnitudo inqt animi remota cõdicõne humana feritas quedam fit & inhumanitas Et idem li. iii, Hominum nature quam maxime sigdẽ

debemus inimica est crudelitas. Vnde Valeri⁹ li. ix. crudelitas horridus est habitus: truculenta species violent⁹ spiritus: vox terribilis. Vnde ibidē refert de crudelitate illius qui nouum genius cruciatus excogitauit. Nam thauꝝ eneum fecit in quo cruciandi reclu debantur. Sue tamen adinuencionis experigenciam prius merito gessit: Hanibale iudicante: qui Hanibal tam crudelis extitit: vt in flumine Gollo de corpibus Romanis ponte facto exercitum transduxit. Sed recedat queso ab animo tuo crudelitas queq⁹. Crudelis enī si fueris male peribis. ¶ Capitulum. ix. de contencione & procacitate.

Ex contencione immodestia promulgatur: excitantur iurgia: & exinde secreta sepius reuelantur. Vnde contendere nulli sapienti cō grūit: neq⁹ rei perfecte. Pocius enī exprimit̄ res quanto imperfectiores: tanto ad contencionē promciores. Nam videmus inter feminas frequencius lites: Inter canes latratus: Inter pauperes strepitus: & ī omni re cōtencio eo cicius orit̄: quanto imperfectior est mens seu status eoꝝ qui ꝺtendere sollicitantē. Ideo sapiens est qui ꝺtendentibus respondere nō curat. dicēte Cathone. Rumores fuge: ne incipias nouꝰ autor haberi Nā nulli tacuisse nocet esse locutū. Et Iuuenal⁹ li. iiii Torrens dicendi copia: est multis mortifera. Nam ī multiloquio nō deest peccatū. Vnde ī puer. sapientū dr̄. Turpia ne dixeris: paulatī enī pudor per verba excutit̄. Quia sc̄z ꝺtencōsi defacili inuerecūdi efficiunt̄: bonosq⁹ mores cōrumpūt.) Iuxta illud Menādi comici Corrumpūt bonos mores ofabulacōnes pessime. Miꝝ est tñ cū tacere facili⁹ sit quam loqui: cur tam difficile pluribus est ꝺtencōnes euitare ex quibus iurgia secuntur. dicente Oui. de ar. a. Exigua est virtus prestare silencia rebus. Ac conī: guis est culpa tacēdi loq. Nempe ex locucōne supflua ira intendit̄: & frequent̄

tristicia gingnit̃: atq; plurima colloquia lete inchoant̃ que t̃sti terminãtur fine. Vnde Oui. li. de põto. Tu modo fac timeas: & que tibi leta vident̃: Dũ loqueris fieri tristiciã meditare posse. Sed ꝓchdolor humana ebetudo nil tollerare potest: sed verbis & ɔtencõnib9 ex t̃miniũ ꝓcacissimũ iugit̃ querit. Et quod indecencius est illi frequẽter magis ɔtendunt quibus loquendi minor facultas cõpetit: aut nature maleficõ: aut fõtune casu. Vnde Simachus ĩ epl̃is. Leticia inquit loquax res est: & ostentatrix sui. Et subdit ad ꝓpositũ. Nature lex est vt qui balbuciũt plus loqunt̃. Affectãt enĩ copiã sermonis pudore defectus. Rursus verboꝝ ꝓcacitas & turpitudo ex mala vita sepius causat̃. Nã qui male viuit raro bene loqui potest. Vnde Tuli9 ɔt̃ Salustiũ. Non qui ita viuit sicut tu: alit̃ quã tu loqui potest: nec q ita sicut tu loquit̃ vita honestior ẽ. q. d. Prauũ eloquiũ prauã indicat vitam. Mala enĩ vita p̃uos sermones generat. Hec aũt omnia ideo dicta sunt vt caueat sapiẽs verbositatẽ & ɔtencõez: quibus lites oriunt̃ & impaciẽcia generat̃. Nempe contencõ veritati: & ɔsequẽter omniũ discipline inimicat̃. dicente Seneca ĩ suis ꝓuer. Nimiũ altcando veritas amittit̃ Et Quintilian9 li. ii. de ora. inst. Non ẽ inquit contẽcõ bona consciẽcia: sed victoria litigãtis premiũ. Ideo stulticia est cũ verbosis ɔtendere: quia nõ bene loqui sed solũ vincere querũt. Quãobrem idem ca. xvii. Cõtẽciosi inquit quod probare nõ possunt affirmacionis temeritate astruũt. De quibus Lactã. li. de vita beata. Qui cont̃dicendi studio insaniunt: dum sua falsa defendũt: aliorum eciã verba subuertunt. Vnde Catho Cont̃ verbosos noli contendere verbis: Sermo datur cunctis animi sapiencia paucis: Ꝑis minimis verbis et cetera: Litis preterite et cetera: Sunt quedam ic̃. Que ferre ic̃. Sapiens igitur non sit procax nec ad lites promptus. Nã via sapiencie veritas ẽ: cui ɔtencio

contradicit. Iuxta illud Ambro. Contencio ẽ impu-
nacio veritatis per cõfidenciã clamoris. Vt quid igit̃
condiss? aut enĩ obscurũ est illud pro quo contẽdis. ex
pecta quousq; clarũ fiat. anteq; clamore verbum tuum
cõfirmas. Si vero illud clarũ est quod dicis: cur igit̃
cõtendiss? Nam stultum est in meridie sole lucẽte can
delam accẽsam deferre. Vnde Quin. libro v. de ora.
insti. In rebus inquit apertis tam stultũ est argumen
tari: quam stultum in clarissimo sole mortale lumẽ af
ferre. Hominũ tamẽ hec est procacitas q; vbi ius nes
ciunt maxime clamitant. & vbi veritatis clarũ habẽt
testimoniũ minime contentant̃. nisi impetuosus inter
ueniat clamor. Vtinã attẽderent illud Xenofon philo
sophi dicẽtis. Ego cõsciẽcia teste didici maledicta cõ
temnere. Reuera cõtencio omne malum aggrauat. et
si pro bono fiat. ipsũ tamẽ bonum in malum cõmutat
Vnde Seneca epĩ. prima ad Lu. Cum fatuo inquit de
lectari nolo. Non enĩ longe mihi quercndũ. me enĩ ip
sum video. ideo plures cõtencioſi sunt. quia singulos
reprehẽsibiles putant. & omnes deridẽdos estimant.
eaq; solũ bene dicta arbitrant̃ que proferũt ipsi. Si tñ
suos defectus cõspicerent: obiurgari non quererent.
Vnde Iuuenalis li. ꝑmo. Loripedem rectus deridet:
ethiopem albus. quasi dicer& q; aliũ deridere non ha
bet qui vicia gerit. Cetez; nõ sufficit multis cõtencio
nibus & derisionibꝫ pacem maculare quinimo anathe
mate maledictionibꝫ pluribus alios infestant. quoz;
tanta est procacitas: q; non nisi malum aliis affectant.
Dicunt enĩ illud Oui. li. ꝑmo sine titulo. Di tibi dẽt
lõgas iemes perpetuãq; sitim. Et illud Oui. in ibin.
Terra tibi fruges: amnis tibi deneg& vndas. Dene-
get afflatus ventus & aura suos. Nec tibi sol calidus
nec sit tibi lucida phebe. Destituãt oculos sidera cla-
ra tuos. Nec tibi vulcan9 nec se prebeat tibi aer. Nec
tibi det tellus nec tibi pontus iter. Exul inops erres:

alienaq; limina lustres. Exiguumq; petas ore tremen
te cibū. Nec corpus querulo nec mens vacet egra do-
lore. Noxq; die grauior sit tibi nocte dies. Siscq; miser
semper: nec sis miserabilis vlli. Gaudeat aduersis vir:
feminaq; tuis. Qui mala cū tuleris plurima atq; feras
Causaq; non desit: desit tibi copia mortis. O ptatamq;
fugiat vita cobarta necem. His etenī verbis maledic
cionibusq; cōsimilibus stulti litigant. iram concitant.
& quietem mētis subuertunt. quoz cōtemnendus est
sermo, rixaq; spernenda. Iuxta illud Varronis in suis
sentēciis. Cōtemnendi sūt ineruditoz cōtemptus: si
vis ad summa progredi.

Capitulum. x. de abstinencia & sobrietate.

Victus modestus honestatē corporis sanitatēq;
atq; mentis prosperitatē cōseruat. Vnde Se-
li. de quatuor vir. Ede citra cruditatem. bi-
be citra ebrietatē victus tibi sit ex facili. nec ad volup
tatem: sed ad cibum accedere: palatum tuum fames
excitet non sapores desiderio paruo redime scilicz mo
dico cibo vel potu. quia hoc tantū curare debes ut de
sinet Ideo Therecius in andreidos. Arbitror inquit i
vita vtile esse ut edax vllus sit. Et Ibero9 contra Io-
uinianū. Galienus inquit doctissimus Ipocratis inter-
pres athletas quoz vita est ars sagenaq; dicit in exho
tacione medicine. nec viuere posse diu: nec sanos esse
animasq; eoz ita nimio sanguine: & adipibo inuolutas
nihil tenue: nihil celeste ornant. sed semper de carni-
bus et victu & veneris ingluuie solicitanē cogitare.
Absit igit a viro sapiente crapula. Nam veteres cum
parsimonia vixisse legunē. Vnde Socrates sole occidē
te cōuiuium cogitato. Ipse enī Socrates temperatissi
mus extitit. & vnica refectione serotina cōtentabat.
Ipsinsq; temperāciam cōmendat Agellius libro 2mo.
Plurimoz tamē exorbitāt iudicia. Quam enī gulā pre
textu vite excusant. Dicunt enim viuere oportere. q

verum est. sed castrimergie voluptas nō est via ad vitam. sed dispacio nature est. Vnde Boe. li. ii. de cō. Paucis minimisq; natura contenta est. cuius societatē si superfluus vrgere velis: aut in iocundum: aut in ocium vertetur. Itaq; nil congruencius viro sapiēti & iusto quā sobrietas. dicente Ouidio in epistolis. Est virtus placidis abstinuisse cibis. Nec cōqueraris si te facit abstinencia fragilem. Nam fragilitas moderata spius nutrix est virtutum. Iuxta illud Valerii libro. ii. Quasi mater quedā valitudinis est fragilitas. Ne igitur timeas per abstinenciam fragilis fieri si moderata fuerit. Tunc enī viciis alimenta tollis: quādo inepta fercula atq; pocula rennuis. Ideo Seneca li. de moribus. Abstinēcia inquit est summa medicina. Et Valerius libro. ii. Fuit inquit antiquorum simplicitas in cibo capiendo humanitas simul & continencie iudex certissima. Itaq; per cibi simplicitatem obtinuerūt vt eorū humanitas cū continēcia esset. Et subdit Maximis inquit viris prādere & cenare in propatulo erat verecundie: quia nec epulas habebant quas oculis populi subicere erubescerent: vini ecia vsus olim Romanis feminis ignotus fuit: ne in aliquod dedecus ,plaberēt Et Agellius li. i. Parsimonia inqt apud veteres Romanos: & victus atq; cenarum tenuitas non solum domestica obseruacione ac disciplina: sed eciam publica animaduersione legum custodita est. Vnde didimus ad Allexandrū. Gens inquit Pragmanoz pura & simplici vita viuit: nullis rerum capit illecebris: nihil appetit amplius: cū racō nature flagitat Facil inquit alimonia nobis luxurie sagittas non perquirit: sed tanq; tellus ferro laborata proferre alimoniam. Hanc nostris mensis apponimus. Et hinc est q nulla genera mōborum scimus: sed diuturna salute perfruimur. Medicine inquit remedium nobis parsimonia est que nō solū illapsos potest curare dolores: sed eciam procurare ne.

veniant. His igitur verbis atq; exẽplis clare apparet maxime vtilitatis fore sobrietatẽ: qua corporis & mẽtis prosperitas roboratur: qua mediante veteres sanitate atq; virtutibus floruerũt. Illos tamẽ sobrios aut abstinentes non credimus quibus mos est aquã bibere: panem grossum cõmedere: nisi ex his contentanẽ. Nam tunc vere abstinens esses quando in parsimonia vita non molestaris: sed delectaris. Nullũ enĩ coactũ virtus est. Vnde Seneca ad Lucillum. Non ẽ inquit iocunda res aqua & polenta aut frustum ordeacii panis. Sed summa voluptas est posse capere ecĩá ex his voluptatem: & ad id se duxisse: quod eripere nulla fõtune equitas possit q;d. q; virus abstinencie tũc sũma est q; quando quis abstinet: abstinendo delectaẽ./ldẽ. Gamfredus in poe.dicit. Quando te reficis dapibus non sis ita plenus vt nihil apponi queat. Et subdit: nõ quantum possit: sed quantũ prosit. Et magister Zelo. Vis ne inqt coronari: vis deliciis saturari: studtibi presto dictũ breue. Sobrius esto: nam qui sobrius nõ est: sed pocus edax: brutis cõparaẽ. Et sic corpore & non mente pascitur. Vnde Ouidius libro.i.de ar.a. Certa tibi dabitur a nobis mensura bibendi: Officiũ prestant mensq; suum fouet. Reuera sobrietatem ĩ se amare habet in aliis qui querit petũt enĩ oẽs pres fi'i os sobrios: & vxores fore abstinentes. Nunquit igiẽ vita tenui cõtentari debẽt: ex quo eam desiderãt his quos amãt Nam Priamides Elenam rapuit speciosissimam. Sed eam odio habuisset: si auide comedentem prospexisset. Quia scilicet omnes sobrietatem in suis vxoribus petũt. Vnde Ouidius libro.iii.de ar.a. Capere cibos digitis est quidam gestus amandi. Priamides Elenam auide se spectet edẽtem: oderit & dicat stulta rapina mea est. Veruntamẽ vt frequencius gula impat multis ebrietatiq; plurimi intendunt: quib9 nulla dies leta videtur in qua non crapulanẽ. Vtnam

attenderent illud Tibulli li. ii. Mixtaq; lieo sobria Ti pha meo. Et Lucanus: Discite quam paruo liceat pro ducere vitam. Et quantum natura petat: non exigit egros. Quia scilicet edēdum est citra saturitatem: & signanter si quis fuerit eger scilicet viciis: aliquibus infirmitatibus deditus. Quinimmo eciam viris studi osis vita sobria maxime appetit. Vnde Eunodius Libertas semper studiis referatur honestis. Nulla fides letis integra nec dubiis aplectiē sanctas: q̄ dant bona semina fraudes: post culpas anime sūt holocausta dei.

¶ Capitulum. xi. de Ebrietate.

EBrietas mentem ebetat & secreta reuelat: gestus deturpat: eloquium scandalisat: nūc leticiam ineptam: nū clites generat: corporis vires exterminat. Cadere iubet: & bene agere ꝓhibet: requiem impedit: sensus alienat: obliuionem inducit: libidinem mouet: nauseam prouocat: visū minuit: mēbroꝝ tremorem causat & ab omni virtute hominē destituit: precipue continuata si fuerit. Vnde Galterus in allexandreidos li. i. Racionis vile sepulcrum ebrietas. Ob hoc Ouidius li. i. de ar. a. Vina parāt animos faciuntq; coloribus aptos: Tūc veniunt risus tūc pauper cornua sumit: Tunc dolor & cure rugaq; frontis abii: Quia scilicet ebrietas sepe calorē & venustatem extrinsicam ostendit: & lubricitatis deuia querit. Et subdit luxurgia precipue vino causata caueto: Et nimium faciles ad vera bella manꝰ. Ideo Ouidius li. ii. ibidem dicit. Qui canit arte canat: qui bibit arte bibat. Quia teste eodem li. ii. de remediis: Vina parant animos veneri si plurima sumis; Vt stupeant multo corda sepulta mero. His etenī verbis damna patent que per ebrietatem generantē. Vnde Seneca ad Lucillum epistola. lxxxiii. Nihil aliud est ebrietas quam voluntaria insania. Omne vicium intendit: & detegit: verecundiā remouet: verba dubia: oculos vinctos: gres-

ſum errãtem: vertiginẽ capitis: & huiuſmodi cauſat
Nam ebrii ſero omnia promittunt: ſed mane obliuioſ
tradunt. Vnde Marcialis coquus: Omnia promittis
cum tota nocte bibiſti: Non faciunt quamquã pocula
noſtra rerum. Si enĩ per ebrietatem comoditas reſul
taret: ſi vini replecio corporis valitudinem augeret:
ebrietas fortaſſis excuſacionem haberet. Ipſa tñ om
nia incomoda infert nulliuſq; ſpeciem boneſtatis habz
Vnde Seneca libro. i. de naturalibus queſ. Iubes ingt
me cũ luxuria litigare: quotidianũ iſtud & ſine eſſec
tu iurgium eſt: litigemus tamen. Et ſubdit. Vbi ingt
eſt ebrietas continua: ibi corpus incaleſcit: nec ebrioſ9
ſitim extinguit. Eius enĩ ſitis nõ eſt naturalis ſed fe
bris: & cor eius luxuria coquit. Illi ergo quanto plus
ſaciari putant: tanto magis pocula poptãt: quia effre-
natus eſt appetitus eoz & ſecluſus ab omni iugo raci
nis: cum quibus eciam litigare turpe nimium eſt: ex
quo racio minime dominatur eis. Vnde in prouer. ſa
pientum dicitur. q; abſentem ledit: qui cum ebrio liti
gat. Nam qui ebrius eſt: & licet ſit corpore preſens:
tamen non adeſt mẽte: quia uſu racionis caret: eiuſq;
mens abſens eſt: nec litiganti adeſt. Si igitur ſtultũ ẽ
litigare cum abſente: quod ergo ebrioſo petis inferre
Ipſius non ſunt ſermones quos profert: ſed crapulæ ſu
o veneno fauces & liguã deturpans: inexecrabilia ver
ba ſepius prorumpit: & leticiam quandam ſtulticiam
vanam & loquacitatem gignit. Vnde Simachus in
epiſtol. Leticia res loquax eſt atq; oſtẽtatrix ſui. Nã
ebrioſi cum ſuis crapulis letificati fuerint iactancias
emittunt: laudibus propriis intẽdunt: & qui quit, p-
ferunt ſtulticiam innuunt plurimoſq; ſapientes ad ig
nominiã ebrietas deduxit

Ca. xii. de Gula

Vla ſuperfluitas eſt. Omne autem ſuperfluũ
recuſandum eſt: alias enĩ corpori nocet. Gula
etenĩ ſua voluptate animũ allicit ad praua: &

g

more serpentino occulta venena sua diffundit. Iuxta illud Virgi. ī bucco. Trahit sua quęq; voluptas. Et sequitur: Qui legitis flores & humi nascencia fraga: O pueri fugite hic latet anguis in herba: quia scilicet ī vita delicata & gulosa vicia venenosa latitant Nempe ī magna seu grandi cōmessacione vicia crescunt: & caro rebellionis sumit audaciā. Vnde Petrus riga Spiritus ad corpus victū ab hoste redit: Virtutes anime sic princeps destruit armis. Et subdit ad propositum Cui pat cocus dans renouansq; cibos: Nā neq; quis potterit virtutis tangere culmen: Si dominetur ei ventris inimicus amor. Veruntū mūdi sequaces gule studio tantumodo vacant & conuiuiorum adinuēciones excogitant: ciborumq; varietatem studentː & ī ferculorum abundanciis gloriantur. Hec autē omnia Diogenes philosophus spreuisse legitur: narrāte Valerio libro. iiii. Heu quid tibi si ventre repleto pigritari incipias. Si enī commedere gloria tua est. Cur igit tantum ɔmediſti vt tibi desit gloria tua: cū edere āplius non possis. Reuera ɔmessacio: turpis est gloria. Verū tamen qui in ea gloriantur: sua gulositate ea priuant. Si enī sobrietatem non diligis: eo q; virtus sit: saltem sis sobrius vt ɔmedere petas: & edēdo delecteris. Nā absq; desiderio manducare nulla conplacencia est. Discant igitur ɔmessatores euitare gulam: vt eorum gloria licet inepta nō perdatur. Vtinam tamē abstinerēt non ɔmessandi sed penitendi causa propter deum. Idē enī quod sine merito faceret in deum referēdo sibi ꝑficeret. Et fortassis illud onus abstiēndo nō inueniret quod ɔmessendo reportant. Vnde Tulius. ii. retborice. Commedere inquit oportet vt viuas: nō viuere vt commedas. Sed prochdolor teste Seneca libro. vii. de naturalibus questionibus. Homines inquit nō sūt ad propinam dentibus & ventre & ore ɔtenti: sed eciam oculis gule insistunt. Et idem Seneca ad Lucillū eſ.

lx. Thaurus inquit pauciſſimorum iugerum paſcua ſa-
pletur & vna ſilua pluribus elephantibus ſufficit. Ho-
mo vero & terre paſcitur & mari. Verum tamē fames
ventris hoc nō facit. Si enī regularet quis vitam ſuā
delectabiliter modico cibo ꝓtemneretur. Ciboꝝ enim
varietas & delicacitas: ſepius opinione potius: quam
vera eſtimacione creditur. Nouiꝫ plurimi cibi mag-
nis ſumtibus ꝓparati iubentē deportari: quibus tamē
accidit: vt eos poſtponāt ferculis quotidianis: quibus
vti ſoliti fuerūt. Vnde Quintilian⁹ libro. viii. In grū
dibus cenis ſepe hoc nobis accidit: vt cum optimis ſa-
ciati fuerimus. Varietas tamē ex viliorib⁹ quādoq;
nobis grata eſt. Itaq; edacitas nō ex neceſſitate & boī
tate: ſed pocius ferē voluptate. Vnde Luca. O prodi
ga rez luxuries nūquam paruo cōtēta paſcu: Ambici
oſa fames & laute gloria mēſe: Diſcite quam paruo li
ceat producere vitam. Et Eunodius: Tubera ꝑdices
grus turtur & tinus: Nō explēt vterum corpora mil
le tuum. q. d. ꝙ guloſi ſaciari ñ poſſunt: cum tamē vē
ter humā⁹ modicus exiſtat. Ideo Marcial coquꝰ. Li-
ber nō potes & guloſus eſſe: Liber eris ceāre foris ſi
maxime velis: Begetanam tuā ſi donet vna ſitī. Que
verba nil aliud ſonāt: niſi ꝙ vir guloſus ſeruus eſt &
ſubiectus caſtrimargie & auiditati: q̄ ſepius ꝓuenit
ex ꝓuiuiis forinſecis: quibus omnis regula violatur.
Ob hanc enī cauſam legimus Auguſtinum exī domū
propriam ꝓuiuare noluiſſe. Nā teſte Petronio. Inge-
nioſa gula eſt. Debet igitur homo ꝓtētari & id ſūme
re quod ꝓ vita ſatis ē. Vnde Perſ. ī microſmo. Efflu
it occidio: corpore totus homo: Sic ſibi deficiens pe-
grin⁹ indiget eſcis: Sudat ī hec vitā denibilatq; dies
qa ſcz tranſit homo vitā: dieſq; ſuos cum cibo mortali
quo vti habet. Magna igiē ineptitudo eſt cum epicu
ris ī ꝓmeſſacione gloriam conſtituere q̄ omne bonum
corporis & anime retardatur

Capitulum. xiii. de penitencia non deferenda.

Penitencia medicina est anime in remediū peccatorum Quam graue est igit infirmo medici nam exspectare: tā onerosū & magis est sapiēti aut esse debet: penitenciam delictis ꝓpiciam differri. Vnde Seneca libro de moribus. Multos inquit vitam ducentes mors incerta preuenit: Omnes itaq; dies veluti vltimus ordinandus est. Itaq; nulla dilacō facieda est. Et idem Sen. epistola. i. ad Lucillū. Quicquid etatis inquit retro est mors tenet. Stultum igitur est deferre illud: quod te postmodū posse facere: nescis. Et epistola. lxxi. Id agamus vt omne tēpus nostrum sit: ac non erit nisi pri9 nostri esse ceperimus: nihil tantundem habebimus. Et. v. libro de beneficiis: Quis extremo die audiat dicere: vixi: Et quod dederat cursus fortuna peregi. Hoc enī dicere non possunt qui penitere deferūt: qui bene agere ꝓcrastināt Tales enī non viuunt sed laguēt. Quia teste Ouidio libro de ponto: Nā genus mortis male viuere. O igit quam reprimenda est eorum stulticia: qui de die ī diem se viniturōs putant. Insipientibusq; dilacionib9 totam vitam absq; meritis terminat. Quibus Marcialis coquus ait: Cras te victurum: cras dicis post viuo sp: Dic mihi cras istud post: post viuo quando venit. Et subdit: Quasi lōge cras istud ubi ē: aut vnde petēdū. Nunqd apud partos armenosq; latet: Cras istud quāti dic mihi posset emi. Et concludit: Non ē crede mihi sapiētis dicere viuam. Hec insapiencia hominum ē ꝙ in spe transsumit dies suos: & usq; ad senectutē absq; bonis moribus peruenerūt. Vnde Seneca epistola xiii. ad Lucillum. Quid turpius quam senex viuens īsipiens Et epistola. xxiii. Quidam tunc viuere incipiunt quando desinendum est. Et epistola. lxi. Ante senectutem curaui vt bene viuerem: vt īilla bene morior. Reuera prudentes hoc faciūt qui licet absq; bono

opere aut penitencia abire non permittūt: quod face-
re stulti negligunt. Vnde Possideus: Vnus inquit di
es hominum eruditorū plus valet: quam imperiti lon
gissima tempora. Sed vnde plurimum gingnitur stul
ticia: ita ꝙ non certo tempore confidēt. Hoc enī ideo
accidit quia vel tanquam bruta sine mortis considera
cione viuunt: aut vitam futurā nō spernat: aut deū iu
dicem ñ credūt: vel sua peccata grauia nō putant: vel
propter spem misericordie diuine ea nō curāt. Quod
tamen gentiles plurimi fecisse leguntur. Vnde Señ.
ad Lucillum epistola. xxviii. Initium inquit salutis ē
noticia peccati. Nam qui se peccare nescit corrigi nō
vult. Ideo quantum potes teipsum argue scilicet per
penitenciam. Quia teste eodem Seneca ī agamennōe
Quem penitet peccasse bene innocens est. Vnde li. de
moribus. Alteri semper ignoscito: tibiipsi nunquam
quia scilicet vnusquisq; ꝑ delicto semper peniteri ha-
bet. Illum autem penitet cui verecundia delicti adest
Vnde Socrates: Peccatum geminat quod non est pu-
dibundū. Ideo Ouidius ī epistolis: Erubui gemmos
pudor deiecit ocellos: Hic satis intacta signa fatētis
erant. Et ii. de tristibus: Heu mihi cur vidi cur nox
ia lumina feci. His aperte concluditur gētiles ꝑ suis
delictis penituisse. Per amplius igitur gens pro cri-
minibus penitere debet siue tenetur cristiana: cū sit
ex gracia obligacior: in lege celsior: in spe pocior: ī vo
cacione specialior. Assit igitur pro sceleribus penitē
cia vt sine dilacione euanescant. Vnde Sedulius libro
i. Culpa fugit: cedūt lacrimis delicta fusis. Et Pro-
sper libro epigō. Conuerti nanq; ad deum certissima
vita est. Et pacem offensi querere: sola salus. Qui ter
ret parcit: qui percutit ipse medetur sc; ꝑ penitēciā.

¶ Capitulum. xiiii. de Liberalitate

Liberalitas vendicat amorē & hominē ad mag
nos promouet honores. Vnde liberalitatē de

ſcribit Didimus ad Alexandrum. Liberalitas eſt rei communicacio neſciens pati diſpendium cum in altrū pticipata transfunditur. Et ſicut ex vna face ſi lumina plura ſuccendis nullum dammum ſequit. Sic nec liberalitatis beneficiū incomodum affert. dicēte Boecio. ii. de conſolacione. Diuicie magis effundendo q̄ coaceruando nitent. Tunc enī preciosa eſt pecunia cū tranſlata in alios largiendi uſu deſinit poſſideri: auaricia ſemper odioſos claros largitas facit. Vnde Caſſio. epiſtola. xviii. Libenter inquit omnibus prebeamus aſſenſum quociens eſt vox iuſta poſcentium. Nec de cet eſſe difficile beneficium quod non patitur largitate decrementum. Hi tamen liberales putandi nō ſūt: quorum largitas: & vt melius dicam expenſa immoderata eſt: ſed ſua prodigalitate aut fit cum reciproca vtilitate. Vnde Seneca libro. i. de beneficiis. Commendat beneficium non ex quātitate muneris: ſed ex voluntate bene facientis. Beneficium inquit eſt beni uola actio ſpōtanea atq̄ gaudioſa: nec refert quid dē ſed qua mente. Et ſubdit. Magis inquit nos obligat qui parua dedit magnifice & libenter: quam qui dando ſe accepturum putauit muneris ſui occaſione. Vn de Varro in ſuis ſenteciis. Ex animo dātis cenſetur munus magnum. Et ī prouer. ſapiētum dicitur. q̄ bis grtaū ē quod opus eſt: quia ſcilicet muneris circumſtancia bona eſt quando qui dat indigenciam reſpicit recipientis. His etenī documentis clare apparet beneficia eo fieri laudabiliora quo fiūt diſcrecius animo q̄ meliori Vnde Mathe9 in libro de Thobia Affect9 preit effectum. Non aſpice quantum ſed ex quāta ſtu at ſedulitate datum. Verus amicus dantis ī affectu ñ dacione patet: Da cito: da gratis gratum: ne gracia fiat venalis: Prodigus menſuram excedit: largus bonori ſeruit fructificat: pcus auarus eget. Eſt ancilla ſimplex clemoſina mortis: Antidotum venie porta ſa

lutis iter: Liberat a mortis laqueis elemosina sordes:
Ablüit actori: dulce procurat opus: Vitam prepetuat
venturum prestat honorem, Vnde Marcialis coquus
Grande suum precium muneris actor habet Quas de
deris solas semper habebis opes. Erubescant igiē aua
ri sua largiri timentes. Nam terrena possessio solū co
modata est: quam distribuere recusant: Imperante do
mino cuius est. Vult enī deus vt pauper nō egeat his
q̄ ī tua potestate posita sūt. Verum q̄ distribucio sapi
enter & caute fienda est. Nam iuste & merito largiē
da est facultas: sue necessitati succurrens. Itaq; consi
derare oportet personam: tempus facultatem: obseqa
impensa: & huiusmodi que liberalitatem concernunt
Vnde Tulius libro .i. de offi. Liberalitate et inqt be
neficencia: nihil ē natura hominis accomodacius: sed
hec multas debet habere cauciones. Videndū est enī
primum ne obsit: vel illi cui datur beneficiū vel alte
ri. Sunt enī multi cupidi splendoris & glorie qui alī
is eripiunt quod aliis largiuntur: & sic aliis nocēt vt
in alienis liberales existāt. Mos autem ea liberalitate
vtamur que amicis prosit: & nemini obsit. Deinde at
tendamus ne maior sit liberalitas quā facultas: & tan
tundē vt pro dignitate cuiquam tribuaē quod est fū
damentum iusticie. Nihil enī liberale est quod iustū
nō est. Deinde spectandi sunt mores eius in quem be
neficium conferatur & animus eius circa nos: & com
munitas & societas vite: & ad nostras vtilitates offi
cia prius collata. Hec Tulius. Commemoremus cum
temporis huius largiciones. Rapiunt enī principātes
laborantibus vt distribuāt pigritātibus nec cernunt
persone qualitatem sed propriam volūtatem: eaq; se
piuus prebēt que dare illicitum est: nō tamē est libe
ralitas iniustum munus ꝺferre. Vnde Sen. ī libro de
beneficiis. Nocua inquit impetrātibus nō dare: sed
negare beneficiū estimamus. Nam turpissimū damni

genus est inconsulta donacio: grauiusq; ē beneficium malo dedisse. Ideo Catho di. Cui des videto. Et Mo cro. ī libro saturnalium. Beneficiū dādo accedat dig no. Itaq; consulte & prouide largiēda sūt bona collata bo nis. Nūc tamen hoc ptingere videmus: q; solis diuiti bus muēra dātur: nec dāt diuites egētibus: sed paupe res diuitib9 prebēt. Iuxta illud Therēcii ī phormiōe Quasi inique ꝓparatum est: vt bi q minus habēt sem per dicioribus aliis addāt. Et Marcialis coquus. dāt opes nullis nunc nisi diuitibus.

¶ Capitu. xv. de Beneficiis cito & gratuite dandis

Beneficiū eo gracius: quo cicius & sine spe mē cedis tribuitur. Vnde Seneca lib°. ii. de be neficiis. Ingratum est beneficium quod diu ī ter manus dantis hesit. Grauissimis inquit viris nul la res carius constat: quā que precibus empta est mo lestinū est enim verum oneroſū dimissu vultu dicere rogo itaq; maioris gracie munus diu perpendit. Ab Antigono enī Cunicus peciit talentum. Et respondit Antigonus plus esse quā Cunicus petere debēt. Re pulsus igitur peciit denarium. Et respondit Antigo nus minus esse quam regē decerct dare. Turpissimā ergo huiusmodi cauillacionem inuenit: vt neutrum daret in denario regem in talento cunicum respexit. Cum posset denarium cuico dare: & talentum tanq; rex. Nihil tamen tam exiguum est q nō honesto: re gis humanitas tribuat. Ex quibus apparet q; vir libe ralis dilacionis occasionem querere nō debet: sed pre sto id omonicare quod decens concernit. Nec tī dādi tanta debet esse velocitas vt inconsulta fiat donacio: sed deliberacione prebabita si munus boc exigat nūq; dandum cito & bilariter debet impendi. Vnde Sen. libro. i. de bene. eos reprebendit qui difficulter & di splicenter dant aut qui fatigati distribuunt: aut qui ī consulte impēdunt. Vnde sic Augustinus inquit: aut

culo dilexisti. O igit quā detestāda ē illa hominū cu
riositas q cū die excludē extremū petunt naſa ōsi ex
toto ruente. Exequiaꝝ tī et sepulcroꝝ desiderāt pō
pas: neq; his sufficit ianis cura in q̄ vixerūt corporali
bus appetētes desideriis satisfacere atq; iactāciis. sed
ecia absq; dilacione cū sūt morituri: vana tī supsticio
ne famā inutilē sibi aggregāt caroq; q̄escere petit sue
resolucionis postulās aditū spiritusq; quietē felicita-
tis appetit: hoc tī qui ex hus duob⁹ stat vtriusq; po
stulacioni otradicit. quia licet ecia repente se videat
discessuꝝ. Ipse tī laborioso sensu mūdanā querit glo-
riam edē. Sed nūquid post mortē viri sancti exequi-
is aut sepulturis gloriari fecerūt. Hoc neq̄quam ꝓut
ait Augustinꝰ ī libro de cura ꝓ mortuis agenda vbi
narrat corpora quedā sanctoꝝ igne ocremata. alia vēo
ī flumīb⁹ ꝓiecta ne q̄liscūq; mēoria de ipsis ī posterū
habeaē. hoc auē diuina pmissione factū est. vt discant
cristiani: q̄ tūc cristū potissime fatenē. quādo vanita
tis huiꝰ q̄cūq; munera cōtempnūt. Nā li. ii. ī de vitis
patrū narraē. q̄ vir quidā impius honorifice sepultus
erat. Iustꝰ aut a bestiis cōmēdabiē. Quidā igiē de hoc
amirāti respondit angelus. Ille sc̄ impiꝰ bonū parum
egit. Tempalē igiē accipit mercedem. Ille vero sc̄ iu
stus parū peccauit. Tempalē igiē ī remediū suscipit
penā racionabilit. Igiē cōcludit Augustinus li. primo
de ciuitate dei ca. xiiii. q̄ ī exequiarum solemnitate.

pompe ſepulcroꝝq; ſcripture vel ſculpture ſolacia ſũt
pocius viuoꝝ q̃ mortuoꝝ. Et ideo antiqui ſapiẽtes de
talibꝫ paꝝ curauerũt. Vñ Seneca libro de remediis fo
tuitoꝝ ſic dicebat ĩ ſepulcris iaceo. Si diceret aliquis
Cui reſpõdit ille facilis ẽ iactura ſepulcri. Si enim ñ
ſencio quid ad me ptinet cõpis ſepulĉa. Si vero ſencõ
tũc ſepulĉa oĩs pena ẽ. Hic tñ poſſ; moralit queri: an
ꝓfit animabꝫ corpa ſepelire ĩ locis ſanctis ſeu ſacratis
Ad hoc reſpondet Auguſtinꝰ libro de cura ꝓ mortu
is agenda dicẽs q; ſi ꝓ defũctis ſupplicaciones nõ fiãt
recta fide ac pietate: tũc ſpiritibꝫ nõ ꝓdeſt loci ſanc-
titas. quia tñ loca ſancta oracionibus dedicata ſũt. cõ
ſequẽter ĩ locis ſanctis ſepelire ꝓdeſt aĩabus. Vnde
narrat ibidem Auguſtinꝰ de q̃dã muliere q̃ filiũ ſuũ
defũctum ĩ baſilica martiris petiuit ſepelire ſperãs ꝑ
ĉibus huiꝰmodi ſancti: filium de penis liberari. Hec
ſpes inqt Auguſtinꝰ ſana fuit qa martiris oracio deo
ob hãc cauſam placuit: et filio mulieris ꝓfuit. locꝰ tñ
in ſe vt ꝓficeret nõ habuit. Attendamꝰ igit̃ quia nec
tumuli ꝓdeſt altitudo: nec ſculpturaꝝ eminẽcia. ſed
ſolum merita cum ſuffragiis beatoꝝ in patria: et cri-
ſti fideliũ in eccleſia ꝓfũt. Cur enim ſi impius es tui
mẽoriaꝫ relinquere cupias. aut que tibi gloria: ſi tua
impietas ꝑ orbem memorẽ. Si vero iuſtus es: nũqd
te lãpis facit ſanctiorem. Abſit quia nec ſanctꝰ ẽ: nec
quicquã ſanctificare valet. Tuo igitur ſufficit animo:
deũ fore memorẽ tui. nec ſic mũdi gloriam quẽas: ne
ꝓpter ſepulture faſtum: ſedem glorie perdas. Mãrat
enim Seneca libro de tranquillitate animi ca. xvi. Cũ
quidaꝫ tirãnus cuidam philoſopho Theodorus nomĩe
minaretur dicens. Morieris inqt et ſine ſepultura corpꝰ
tuũ erit. Ipſe autem Theodorꝰ reſpondit. An inquit
me ſic ineptum putas: vt mihi cura ſit: an ſupra ĩram
vel in terra putreſcã. Vtrũq; enim mihi eque facile ẽ
Vir igitur in etate ſenili conſtitutus. mente quieſcat

nec ĩ talibus supsticiositatibus sollicitet atq; conside-
ret q̃ repente moritur9 sit. Nũquid tradit Tuli9 li.
primo in tus. ques. q̃ diogenes corpus suũ iussit volu
cribus lacerari: atq; feris ꝓici dicens. Nil obest mihi
post mortem corpis laniacio. Feris ꝓficit ad pastum.
Nũquid ipse ibidem narrat: q̃ cum anaxagoras inter
rogaret vbi corpus suum sepelire vellet. Respondit q̃
vbicũq; idem enĩ sibi esset. Nũquid ligurgus rex cor
pus suũ ĩ mari ꝓici iussit: ne ipsi9 titulo leges sue in-
surgerent vt tradit Pompei9 li. iii. Hii ergo caruerũt
sepultura nõ tñ periit eoꝝ memoria. quia mẽoria eoꝝ
remãsit in virtutũ operacõe. Vnde Iero. cõtra Iouinia
nũ narrat q̃ popul9 massagetaꝝ cõgnatos et ꝓpinq̃s
deuorãt. Dicũt enim isti q̃ decẽcius est vt ab amicis
pocius quã a vermibus ꝯsumãtur. Et quamq̃ illorum
ritus insan9 esset: inducimur tñ ad sepultaꝝ spernere
pompam

Capitulum septimũ

De consideracione mortis

Ecclesiastici. xxxviii. dicit sapiens: memẽto no
uissimoꝝ et noli obliuisci. Et alibi dicit. Mẽo-
rare nouissima tua: & ĩeternũ nõ peccabis. Sꝫ
que sũt nouissima: vtiq; terra & lim9. Vñ Tuli9 libro
primo in tus. ques. narrat Socratem dixisse q̃ philoso
phoꝝ vita est: cõmemoracõ mortis. Et Alphorabius
libro de diuisione: narrat Platonem dixisse q̃ philoso-
phia est sollicitudo mortis. Et per mortẽ ĩtelligit mõ
tificacionem prauorũ desideriorꝝ. Vñ Seneca episto-
la. xvii. Meditare inquit mortẽ. Eã enim meditari li-
bertas est. quia scꝫ per eius meditacionẽ vicia q̃ sunt
seruilia euitant. Nam ĩ vita Ioh. elemosinarii legitur
q̃ olim quãdo impatores coronabant eis monumenta
mortuoꝝ ostendebant: atq; ĩterrogabant quale monu
mẽtum sibi fieri vellent. ne sui solacii celsitudo eos ad
supbiam eleuaret. Quãobrem beatus Gregori9 libro
ix. moralium. Cum inqt cl'pa animũ temptat: necesse

est vt breuitatem vite sue aspiciat: ne innocentē morte
iminēte iniquitas rapiat. Et idem Gregorius in quinto
moraliū. xxi. ca. dicit: q iminēte tempestate et fluctu
bus tumentibus. nulla nauigantibus rez tempaliū cu-
ra. nulla carnis delectacio ad mentē reducit: omnesq;
res in despectum erit: si cessat amor viuendi: si timor
precogitetē mortis. Hanc fidem cogitabat Iob dicēs
Nudus egressus sū Iob primo. nec tñ ex mortis cōside
racione debet anim9 desperare aut irasci: sed pocius in
virtutibus psperari. Vñ Seneca li. iii. de naturalib9
questionibus circa finem sic inquit. Cur enī irasceris
sustine paululū. ecce venit mors que nos pares faciet
Et epi. lxxxv. Mors oīa equat: et omnes pares mo-
riemur. Et ecclesiastes. v. Sicut egressus est nud9 de
vtero matris. sic reuertetē. O vtinā mortis mēoria no
bis adesset. Tūc enim indesinenter bene agere sollicita
remur. et in nostre vite diuturnitate mīme considere
mus. tanq; nunc morituri essem9. Sic ad vite future
optionē pperarem9. Ideo sapiens Ecclesiastes. ix. di-
cebat. Quodcūq; pt manus tua instanter opare. Et ibi-
dem xi. mane semina semen tuū sez dum viuis: vt veri
ficetē illud pphete. Veniētes autē veniēt cū exultacione
Vñ Apostol9 ad gallathas vltimo. dum temp9 habē9
operemur bonū. Quoniā ista vita est mors viuencium: si
cut alia vita moriēcium. vt inquit Augustin9. iiii. cō
fessionum. Ideo Iob. xiii. Breues dies hominis sūt. Et
ibidem. vii. Dies mei dsūpti sunt absq; vlla spe. Vnde
Augustin9 de verbis domī sermone. xvi. inqt. Breuis
vita ē et breuitas semp incerta. Et ibidem smone. vii
Quid ē diu viuere nisi diu torqueri. Et sermone. iiii.
Diu viuere quid est nisi ad finē currere. Nā vita ista
sPis est morti. vt ponit Seneca epistō. lxxxiiii. quia
quod viuimus pximū est nihilo. Si igitur vita ē bre
uis et mors ineuitabilis. cur igitur de sepultura felici
non consideramus. Quis est enim qui non videbit mō

tem inquit ꝓpheta. Omnes enim morimur et quasi a qua dilabimur in terram. vt dicitur secũdo Regum. xiiii. Vnde in quodam veteri libello nãratur historia de quodam iuuene qui timore mortis ductus religionẽ ingressus est. quem pater eius dolens. accessit et ipso inuito de religione extrahere voluit. Cum tamẽ iuuenis hoc vidisset dixit patri suo: ꝙ faceret quicqd vellet dũmodo sue patrie vnam cõsuetudinem tollẽt: Cumq; pater interrogaret que esset illa cõsuetudo. filius respondit. ꝙ hec cõsuetudo erat. vt iuuenes sicut et senes morerent̃. Quo audito pater suum filium in religione permanere permisit. Vnde Math. iiii. Vigilate quia nescitis qua hora dominus vester venturus est. Et Apoca. iii. Si non vigilaberis veniam tanquã fur et nescies qua hora veniam. Meditanda est igit̃ dies mortis. vt per vite merita obitum sanctum mereamur. Vnde luce. xiiii. Quis rex iturus cõmittere prelium: nonne prius sedens cogitat. Nam cogitaẽ debemus vt bene moriamur. vnde Mathei. vi. dicitur. Thesaurisate vobis thesauros in celis. Naꝫ mũdus est illa ciuitas de qua nãrat Barlaam: ꝙ ciuitas fuit cui⁹ mos erat vt principẽ omni ãno mutaret. et in fine anni dabãt sibi ꝓ premio vnum ouũ: ipsumq; spoliabãt et faciebant exulem. Accidit tñ vt quidam sapiens ibi principaret̃ qui audita lege bona sua atq; diuicias in alienam patriam misit. Itaq; in exilio positus: se locupletem inuenit. Sic enim nõ in mũdo: sed in celo ꝓfecisse debemus. Illi enim in celestibus ꝓficiscuntur: qui nõ de presenti vita: sed de requie p⁹ mortẽ meditantur. Quoniã sicut dicit Seneca li. ii. de natura rerum ca. vltimo. Vndiq; tela in nos iaciunt̃ et oẽs reseruamur ad mõtẽ

¶ Ca. viii. De ꝓuidẽcia futoꝝ

Sic viuere congruit: vt de futis diebus cogitemus vitamq; presentem sic transire phas est vt de futura pre cogitem⁹. Sed amatores h⁹

seculi viuũt solum. et ꝓ nunc viuere curant: nec de vi
ta futura ꝓuident. Et ideo fame et siti: in iehenna in
ferni cruciant̃. Quoniã sicut Iob dicit. xxvii. diues cũ
dormierit nihil secum aufert aperiet oculos suos et ni
hil inueniet. Super quo Gregori9. xviii. moraliũ dat
exemplñ de diuite epulone qui est sepultus ĩ inferno
vt dicit̃ luce. xviii. Et de stulto ꝓponẽte dilatare hõ
rea sua. Cui dictum est: hac nocte diaboli repetẽt ani
mã tuam. quia scꝫ illa nocte mortuus est. vt dicit̃ luce
xii. Quid igitur nobis ꝓfuit supbia. Sapiencie quĩto
q̃si dicẽt nihil. Nã subito morient̃ et media nocte ve
nit. vt dicit̃ Iob. xxxiiii. Sup quo Grego. xxv. mora.
Subitũ est inquit quod ante non cogitatur. Qui ergo
dum viuũt de morte seu de futa vita non cogitãt sub
ito moriunt̃: quoniã mors peccatoꝝ pessima: iuxta ꝓ-
phetam. O igitur mors quã amara est mẽoria tua ho
mini ĩiusto. Scribitur Ecclesiastici. xli. Et licet ama
ra sit eius memoria tñ vtilis est vt peccator cõuerta
tur. Vnde Beda de gestis angeloꝝ narrat qualit̃ de9
multis ostendit penas infernales et gloriã celi vt con
uerterent̃. Aliqui tñ correctionẽ: et aliqui desperacio
nem exinde susceperũt. Vnde narrat de quodã fabro
qui vidit infernum sathanam et demones infernales.
exinde desperatus sine penitencia mortuus est. Absit
tñ a nobis vt sic horrendã iehẽnam formidem9 vt eci
am futurã gloriã sperem9: Exemplo Stephani q mõ
tuus intuens in celũ. vidit celos apertos et gloriã dei
vt patet actuũ. vii. Nam qui sic moriunt̃ licet secũdũ
carnẽ moriant̃: nihilomĩ9 vitã amabiliorem acquirũt
Quoniã mors carnis non est nisi vmbra mortis. vt ait
Gregori9. x. mora. Sed mors illa est terribilis q̃ mo
ritur anima per peccatũ. Nam tũc moritur corp9 qñ
anima ipsũ deserit. Sed tũc morit̃ anima qñ a deo de
serta est. Vt inquit Augustinus. xiii. de ciuitate dei
ca. primo. Quãto igit̃ melior ẽ deus anima: tanto mõs

anime magis formidanda est quã mors corpis. Nam et suzanna mortẽ anime pocius quã corporis timuit. Vnde danielis. xiii. Ipsa dicebat. Melius est me absq; ope incidere ī manus vestras quã peccare in cõspectu dei. Insuper Augustin9. xii. de ciui. dei ca. xxx. duplicem mortẽ designat: sc3 illã primã que ẽ corpis. et secũdam que est anime dicens. Prima mors animã volentẽ pellit. Et secũda volentẽ animã ī corpore tenet sed tempus venit q̃ anima viuere nõ poterit deũ non habendo: nec doloribus corpis moriẽdo carere. quia ī inferno mors est sine vita. mors eciã sine morte quia sine fine. De tali morte Apoca. xx. Q̃ diabol9 missꝰ fuit ī stãgnũ ignis et sulphuris: vbi et bestie et pseudo ꝓphete cruciabunt̃ die ac nocte in secula. Nec tñ sole pena erũt in flagellis demoniorum: Quíymo pena maxima erit a visione dei beatifica priuari. Vñ Crisꝰ sup Matth. omelia. xxi. Multi inquit iehennã abhorrent. ego autẽ causum illius multo amariorem puto quoniam melius esset sustinere mille fulmina quã faciem illã mãsuetam videre auersam a robis atq; dicentẽ illud Mathei. xv. Ite maledicti in ignem eternum. Sic igit̃ viuam9 vt mortem postmodũ hui9modi nõ incurramus. sed pocius illam supernoz beatissimã vitã consequamur. Quã cõsideras Apostol9 ad philippen̄. primo dicebat. Cupio dissolui & esse cum cristo. Vir enī iustus sperat in morte sua. Scribitur ꝓuerbioz. xiiii Et ideo quidã ꝓpheta Numeri. xxiiii. dicebat videlicet balaam: moriatur aĩa mea morte iustoz. Tunc enī de exilio liberatur & intrat hereditatẽ. Iuxta psalmi stã dicentẽ. Cum dederit dilectis suis somnũ: ecce hereditas domi manet ineternũ. Et Iob. xi. dicit̃. Cum te consũptum putaueris orieris vt lucifer. Nam teste Seneca epistola cẽtesima. Mors viri virtuosi est dies natalis eius

Explicit tractatus primus libri tercii.

¶ Incipit tractatus secūdus eiusdem qui est de statu ecclesiasticorum : Cuius primum capitulum est qūo viri Ecclesiastici debent habere curam subditorum ī moribus & sciencia

Viri Ecclesiastici tanquā ecclesie vigiles atq; custodes pro eius municione: certare debent. Vñ ysaias lxi. Super muros tuos ierm posui custodes tota die et nocte. ppetuo non tacebūt. vñ Bern. super cantica omelia. xlvii. Viris Ecclesiasticis suadet vt sint vigiles p dormētibo et p animabus p quibus sūt racionē reddituri. Boni inquit custodes vigilant atq; insidias explorant. cōsilia malignācium anticipāt. laqueos deprehendūt: et tenacula emulatoz dissipant. Hii sūt fratrum amatores et populi cristiani qui multum orāt p populo &c. Ita q; de ipsis verificari poterit illud primo Cozr. iii. dei agriculture estis dei edificacio estis. Et sequiē: vt sapiens architector fundamētum posui. Nunc tñ quod lamētandum est cū beato bern. ibidem Omelia. lxxv. dicere possum9. Quoniā pauci sūt qui non querunt q̄ sua sunt. Ex omībus caris eius sc̄z ecclesie diligūt munera: nec possunt parit diligere cristum. quia manus dederūt māmone. Vnde enim estimas talibus rerum affluenciam affluere. vtputa vestium splendorem: mēsarum plenitudinē: vasoz argēteoz cōgeriem: nisi de bonis spōse. Et inde est q̄ ecclesia inops et nuda derelinc uitur. Nec studeant ornaē spōsam sed spoliare: nō custodire sed perdere. Non instrure sed pstituere: ñ querūt pascere gregē sed mactare et deuorare: dicente dnō per pphetam. Qui deuorant plebem meam sicut escam panis. Ideo Iero. epistola. lxxxxiiii. Obsecro inquit te itez atq; iterum: ne officiū clericatus genus antique milicie inuanū assummas: et nē lucra secu

hi ī cristi milicia queras :ne plus habeas quam quādo clericus esse cepisti. Et sequitur: procuratores et dispensatores domorum alienarū . Quomō possunt esse clerici q̄ pprias iubent cōtemnere facultates . Nūqd enim ecclesiam fraudaē sacrilegium est: aut accepisse quod pauperibus : aut esurientibus erogandum est . Et enim optimus dispensator est qui nihil sibi reseruat Vnde in decreto dis. xvi. dicitur. q̄ clerus debet esse inmunis a cupiditate . Lamentandum tamen est q̄ viri ecclesie suis cupiditatibus populum innocentē affligunt . Infestant atq̄ corrūpunt . Et licet clericos se dicant. vanis tamen occupacionibus laicis preferuntur Quamobrem diuine sentencie iaculum timēdum est: ne cum peccatoribus intereant. Nihilominus cum ad uertendum est: q̄ apud gentiles sacerdos ministri tēplorum viuebant atq̄ populum moralibus exhortacionibus instruebant. Vnde plato in thimeo libro primo ait. q̄ athenienses sacerdotes. xii. erant et a populo seperatim oiuebant: ne aliqua profana cogitacione eorum castitas atq̄ vita pollueretur. Vnde Seneca in libro declamacionem recitat. quomō apud gētiles nullus obtinere poterat sacerdocium si homicidium vel fornicacionem cōmisisset. Sed nunquid ille est homicida :qui malo exemplo innocentem seducit. Nūquid ille pollutus est qui carnales libidines consequitur: at q̄ delectaciones sectatur. Aut igitur gētiles sacerdotes digniores erant : aut tempore moderno sace: docium pauci merentur. Attendamus igitur Iheronimū contra Iouinianum dicentem. Stoicus iruit vir eloquentissimus de vita antiquorum sacerdotum loquēs ait. Q̄ omnibus post positis negociis semper in templo fuerunt: & rerum naturas atq̄ causas : siderumq̄ motus studiosissime contemplabantur . & nūquam se mulieribus miscuerunt: nūquam cōgnatos liberos vl propinquos viderunt ab eo tempore quo diuino cul-

tui ſeruire ceperunt: ac carnibus et vino ſemper abſti
nuerunt. ꝓpter tenuitatem ſenſus & vertiginem capi
tis: et libidinis refrenacionem. Pane raro veſcebant
ne onerarent ſtomachum. Cubile de foliis palmarum
cõtextum habebant. et ocio nũquam torpebant. Et
ſubdit idem Iheronimꝰ. Quomodo euripides refert
q̃ ꝓpheta Ioũis in creta regione non ſolum a carnibus
ſed eciam a coctis cibis quibuſcumq; abſtinebat. Inſup
ibidem idem refert verba Ioſephi libro ſecũdo & ca
pitulo. xviii. dicentis. q̃ phariſei et ſaducei atq; eſſei:
a bvxoribus et vino ſemper abſtinuerunt. et quotidi
anum ieiunium in naturam vertebant. Et morabant
ibi quidam veteres: alii eorundem imitatores ſcilicet
cautes & aſclipides. Item pigmalion narrat q̃ in orie
te eſus carnium non habebatur. Et Ambulus narrat
quomodo apud perſas viri doctiſſimi farina & oleri
bus tãtummodo vtebantur. Hiis igitur exemplis de
cens apparet: vt ſacerdotes criſtiani potius quam gẽ
tiles virtutibus floreant. Quoniam duplici honore
digni ſunt qui bene preſunt preſpiteri. Vnde dicitur
prima ad Thimotheum quinto. Nempe Iheronimus
epiſtola nonegeſima octaua refert: Q̃ ſacerdotes olim
caſtiſſimi erant: virgineſq; veſte & appollini eis ſer
uientes in perpetua ſacerdocii virginitate viuebant
Abſit igitur vt viros Eccleſiaſticos libido ſeducat. et
innocentes laicos ſacerdotum exemplum inquinet

Capitulum secundum de exemplaritate prelatorum.

Viri ecclesiastici & potissimi prelati: si malam vitam duxerint: subditorum mores corrumpunt. Debent igitur vite sanctitati oracioni quoque & bonis operibus iugiter intendere. Quia teste Bern. Viri ecclesiastici pascere debent populū dei oracionum fructibus. & pro populo dei debent intercedere. ipsūq; populum debent deo reconciliari exemplo Moysi: de quo Exodi. xxxi. qui deo dicebat. Aut dele me de libro vite: aut remitte eis hāc noxā. Nunc tamen prelati vxorem ancille postponunt: et ancillam preferunt. quia suis derelictis ecclesiis absque magna necessitate secularibus occupacionibus preintendunt. et in suis ecclesiis si fuerint: de ipsius protectione non sollicitant. sed qualiter sua crimina liberius exerceant iugiter meditantur. Deberet autem Episcopus attendere sui nominis interpretacionē. Scops enim intencio interpretatur. Et ideo Episcopus dicitur quasi super intendens. Necesse est autem eum qui prefertur super intendere: vt inquit Augustinus libro. ix. de ci. dei. capitulo. xix. Episcopus igitur nomē habet pocius operis q̄ honoris. Vnde Bern. ad Eugenium libro secūdo Nomen inquit episcopi non sonat dominium: sed seruicium. Ideo prelatis Actuū secundo dicitur. Attendite vobis & vniuerso gregi in quo posuit vos deus episcopos regere ecclesiam dei. Item Bern. ad episcopū Leononē ait. Secundum ethimologiam nominis: ille pontifex dicitur qui seipsum facit pontem inter deum & proximum. Ille enim pons pertingit vsq; ad deum: qñ non propriam sed dei gloriam querit. Eciam vsque ad proximum venit: quando per pietatē nō sibi sed proximo desiderat prodesse. Bonus inq̄t pontifex seu mediator offert deo preces. populorum benedictionē & gloriam deo imponit. et pro excessibo delinquenciū maiestatem inuocat. atq; peccatores pro diuina ininria pu-

nit. nec de suis operibus lucrum: sed dei gloriam expe-
ctat. Insuper Ieronimus centesima epistola loquēs ad
episcopum in generali. Domus inquit tue conuersacio
nis cōstituta est in gracia publice discipline. quicquid
feceris: id faciendum omnes putant. Caue igit ne ma
num cōmittas. quoniam qui reprehendere volunt re-
pudiantur si delinquentes fore videantur. Et subdit.
Subuenire pauperibus: visitare languentes: gaudere
cum gaudētibus debet scilicet prelatus. Eciam sit ce
corum baculus. studentibus cibus. spes miserorum. so
lacium lugenciū. Ex hiis igitur patet qualiter prela-
tus ecia ab interpretacione nominis de sua spōsa eccle
sia curam habere debet. Sed nunc illud apocalipsis se-
cundo verificatur. Nomen habes q viuus & mortuus
es. Quia scilicet nomen sanctitatis habent prelati: et
mortis opera in se et in suis subditis exercent. Et licet
omnia vicia in prelato turpia sint. illa tamē magis sūt
cauenda in quibus ancilla: scilicet caro dominatur. scili
cet gula & luxuria. quia inter vicia magis infamia sūt
et per talia prelati ecclesie bonestatē magis offendūt.
Ideo apostolus dicebat q non oportet Episcopum esse
vinolentum: scilicet vino plenum. Super quo verbo Ie
ronimus epistola. xlii. Vinolencia inqt cōmessatorūq
excessus in prelatis non sint. quoniam venter estuans
mero de facili spumat i libidinē. Nam in vino est luxu
ria. Qui autem luxuriatur mortuus est. viuens vero
qui inebriat: mortuus & sepultus est. Nunquid Noe
ad vnius bore ebrietatem femora nudauit: qui per sex
centos ānos sobrietatē protexit. Geneſis. x. Nunquid
Loth nesciens quid faceret: libidinose se miscuit &
cestū cōmisit. et quem Sodoma non vicerat: vina sub-
iecerūt: vt dicitur Geñ. xviii. Quapropter sacerdoti-
bns legalibus bibere vinum prohibitum erat. vt pat3
Leuitici. x. ad designandū q prelati & sacerdotes no
ue legis sobrii esse debent. Vnde luce. xxii. Non gra-

uãtur corpora vestra crapula & ebrietate. Vnde Gregorius primo moꝛ. Cum inquit maiores voluptati deseruiunt. nõ mirũ si in minoribus lasciuie frena laxantur. dum inquit scilicet nos prelatos letos aspiciunt: scilicet subditi ipsi tunc ad illicita resoluuntur: Vnde libro secundo de vitis patrum: parte decima legitur q̃ abbas quidam dictus Vatita: postquã factus fuit episcopus: vitam asperiorem q̃ prius ducere incepit. Et cur hoc faceret dum interrogaretur respondit. Dum essem in heremo: corpusculum meum gubernare volebam ne infirmaret̃. Nunc autẽ in seculo positus assunt excessuum occasiones plurime. Ideo maxime abstinendum est. Nam & si infirmari cepero: aderunt succurrentes. Similiter eciam legit̃ eodẽ capitulo: parte prima de Abbate: qui episcopus factus: vitam quam in heremo prius duxerat non pretermisit. deo tamen reuelante sue vite asperitates quodammodo mitigauit. Hec igitur omnia designãt: qualiter prelati anallã: scilicet opera carnalia vl̃ quecunq; secularia suis ecclesiis postponere debent: vt bonis exemplis sibi subditũ populum dirigant: iuxta illud Numeri. xviii. Excubate in custodia sanctuarii. et in ministerio altaris ne oriatur indignacio super filios Israhel.

Capitulum tercium De electione prelatorum.

PRelatus vices dei gerit. quãobrem vocacione dei sublimari debet. Vnde apostolus ad Hebreos quinto. Nemo sibi sumat honorem: nisi qui vocatur a deo. sicut Aaron. Quid tamen dicemus quia Apostolus prima ad Thimotheũ quinto dicit q̃ si quis episcopatum desiderat: bonum opus desiderat. Attendamus enim qualiter Apostolus episcopatũ bonum opus vocat. quasi diceret. Q̃ qui vult episcopari debet bene operari. Sed plurimi volunt episcopi vocari: et tamen non curant veridice episcopari. Nam sicut inquit Augustinꝰ quinto de ci. dei. capitulo. xix. Ille

non eſt bonus prelatus nec epiſcopus qui nō proficere
ſed preferri querit. Inſuper Ieronimus epiſtola. xliii.
Epiſcopatum inquit deſiderat qui non dignitatē: ſed
laborem querit. non delicias: ſed opus: ſic q̄ humilitas
in eo non decreſcat: nec per faſtigium dignitatis ipſe ī
tumeſcat. Vñ Eccleſiaſtici: vii. Noli querere fieri iu-
dex: niſi valeas virtute irrumpere iniquitates. Vnde
Gregorius: xxi: moz̄. Sancti inquit viri cum preſunt:
non in ſe poteſtatēm ordinis: ſed equalitatem condicio
nis attendunt: nec preeſſe gaudent hominibus: ſed pro
deſſe. Sciunt enim q̄ antiqui patres non ſolum reges
hominum: ſed eciam paſtores pecorum fuiſſe cōmemo
rantur. Cur enim de tua dignitate audes ſuperbire.
nunquid in vtero te fecit qui & illum. Iob: xxi. Om-
nes enim nature vnius ſumus. Nam Gregorius vbi ſu
pra concludit. Manu inquit humilime conſideracionis
deprimendus eſt tumor elacionis. Vnde Iob: xxx. Ele-
uaſti me: et quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me val-
de. ſcio tamen quia morti trades me. Ō q̄ humilis cō-
ſideracio in plato ſi fuerit. Ideo ꝓpheta dicebat. Neq̄
ambulaui in magnis neq̄ in mirabilibus ſup me. Nam
teſte Grego. moraliū ſecūdo. Mundana felicitas tanq̄
aura ſubleuat: vt repēte deterius & inferius ruat. Et
idem moralium: xvii. Quanto inquit alcius quis erigi
tur: tanto curis grauioribus onerat. illiſq̄ populis mē
te & cogitacione ſupponitur: quibus dignitate ſupra
ponitur. Homo inquit in ſublimi eleuatus tantos ſup̄
ſe ſuſtinet: quantos ſuppoſitos regit. Et ibidem cōclu
dit. Ipſa inquit occupacio ſecularium dignitatum tan
to facilius vicijs premit: quanto maioribus curis gra-
uatur. Quapropter Anſhelmus libro de ſimilitudinib⁹
capitulo: xxv. prelatos ambicioſos compat pueris ve-
nantibus papiliones: qui dum ſecuntur illos in foueas
cadunt. Ex quibus concluditur q̄ quilibet prelatus in
nomine ſcilicet & in fama virtutum creſcere debet.

Quapropter Hugo cōcludit q canones racionabiliter diffiniunt nullū esse in episcopum eligendū: nisi prius in sacris ordinibus fuerit religiose conuersat9 Plures tamen insipientes sūt viri qui vita maculati ad presidium sublimātur. et qđ detestādum nimis est ad presidium tanquā ad patrimonium curritur. verūtamen q exemplo negligūtur. Aduertamus enim quomodo Ambrosius in Episcopum electus omnino recusauit. Nunquid mulieres publicas in suam domum ingredi Neic: vt illis visis electio reuocaretur. Nunquid fugā acceperit: sed reuerti coactus est: vt in ipsius vita legitur. Nunquid Gregorius fuit electus: et columba fulgida super ipm descēdente cognitus est. Nunqd beatus Marcus pollicem abscidit: vt indignus sacerdocio haberetur: vt dicitur libro secundo qui dicitur paradisus. Nunquid beatus Ammonius cum fuisset electus in episcopum: et ad benedictionem duceretur: euadere q non posset: aurem suam sinistram ferro resecauit dicens. Nunc probatur non posse qđ cupitis compleri. quia nullus aure precisa debet ordinari. Cui Dorotheus episcopus respondit. Lex inquit ista iudeorum est. sed ego inquit virum auribus truncatum: moribo probum: nō dubito facere episcopum. Cum igitur vim inferrent: beatus Ammonius respondit. Si me vltra cogeritis: eciam linguam meam propter quam mihi molesti estis abscindam. et tunc ipm dimiserunt. Insup libro tercio historie triptite de quodam monacho legitur: qui electus in episcopū recusauit. Sed Theophilus sibi suadebat. Videns igitur monachus q euadere non posset: ad se venientibus respondit. Cras determinabitur quid faciendum sit. Vnde in crastino fusa oracione migrauit. Si igitur viri sancti prelationem recusauerunt: Cur igitur peccatores eciam publici prelacionem conquescant. Nam teste beato Gregorio in suo pastorali capitulo: ix: Virtutibus eciam pollens ad re-

gimen coactus accedere debet. Et idem in quadā epi-
stola ad Senionenſ archiepiſcopum. Multi inquit non
tanta fiducia & alacritate curreret ad honores: ſi ſen-
tiret onera grauia: & metueret periculum dignitatis
Sed ambicio inſaciabilis eſt: et de gradu ī gradū ſcan
dere petunt. Verūtamen qui coniungitis domum ad
domum: abſit igitur vt fiant prelati: niſi qui meliores
ſint: vt debitos ſuſcipiant a ſubditis honores.

Capitulum quartum de cura & electione prelatorum

PRelatus curam gerit animarum: aut gerere
debet. Quamobrem ipſius electio nō tauore:
ſed ſola caritate fieri debet: ſic vt eligaē non
qui dilector: ſed qui melior aut comodior videt. Nā
hec eſt voluntas dei vt ille preſideat qui melior: publi
ceque vtilitati comodior eſt. Vnde Ieronimus epiſtola
xliii. Electio inquit facienda eſt non ob aliquam cōmo
ditatem temporalem eligencium vel emolimēti ſpem
nec ob humanam interceſſionem vel ſuaſionem vel cō-
minacionem: vel inordinatam affectionē. ſed ſūt eligē
di ob diuini honoris cumulacionem: ob eccleſie dei vti
litatem: ob profectus ſeu vtilitatis animarum ſpem: et
ob morum ipſius eligendi atq; virtutum perfectionē.
Hoc eciam ſatis notatur ī Decreto. xxvii. v. vi. diſtin
ctionibus. Quamobrem Gregorius moralium: xxiii.
Curam inquit animarum ſuſcipere non preſumant: ni
ſi qui bella temptacionum ſubierunt. Vnde dominus
ad Moyſem Leuitici ſexto dicebat. Cōgrega omnem
cetum tabernaculi in electione Aaron & filiorum: vt
ſcient omnes q; qui preſtancior eſt ex omni populo do
ctior ſanctior & virtutibus eminencior: ille eligaē ad
ſacerdocium. Super quo ait Origenes. Illi inquit qui
eligunt aliis modis q; predictis: timeant dei iudiciū:
atq; ſibi imputant damnum & perdicionem animarū:
& eccleſie dei ruinam que deſtruitur per inſtitucionē
mali prelati. Vnde Gregorius in dyalgo libro quarto:

capitulo:xxxix:narrat de Pascasio qualiter erat ī loco penarum:et cum interrogaretur:cur hic esset. Qui respondit q̄ nulla alia de causa:nisi q̄ consenserat in partem Laurencii contra Simachum:ipsum eligēdo ī prelatum. Quapropter Gregorius ī registro libro primo ait. Necesse est vt omnes culpas & negligēcias sibi imputet qui ministerium virtutis infirmo cōmisit. Sicut igitur prelatus eligendus est vt bene agat. sic pariter electionem acceptare non debet:nisi vt in deo p̄ficiat. et hoc cum humilitate & tremore. Vnde Augustinus:ix. de ciui. dei. capitulo:xix. Non est inquit in accepcione amandus honor in hac vita:sed opus q̄d per eundem honorem fit vel potenciam. Ideo apostolus dicebat. Qui episcopatum desiderat:bonum opus desiderat. Quia episcopatus nomen est operis:non honoris vt dictum est. Quapropter Gregorius in suo registro libro:vii. ait. Q̄ sicut locus regiminis desiderātibus est negandus. sic & fugientibus est offerendus: ne quis sumat sibi honorem. Et ibidem libro:ix. Qui ambit aut se ingerit proculdubio repellēdus est:eo q̄ nitiē ad alciora descēdere. Congruit igitur vt ī crescēdo decrescat. et in ascendendo descendat. Qui igīē eligitur discat q̄d doceat:& informet q̄d teneat. Nā cassum appetit qui ad sūma loci vestigia postpositi s gradibus per abrupta querit ascēsum. Hec ille. Ideo Ysa: vi. dicitur. Ecce ego mitto & cetera. quasi diceret. q̄ nullus ex se debet presumere. Ideo Gregorius in suo pastorali:libro secundo:capitulo:vii. Nullus inquit se extollat ex electione:sed magis se humiliat. Et Bern. epistola ad episcopum Senonēn. Noli inquit altum sapere. quia altum sapere difficile est & omnino inusitatum. et quanto inusitacius: tanto periculosius. Nō igitur se felicem putet qui aliis preest. Vnde Augustin? epistola:lxvi. Peto inqt vt cogites nihil esse in hac vita & hoc tempore felicius lecius & hominibus accep-

tabilius: episcopi: aut presbiteri: aut dyaconi officio: si tamē non presumptuose aut adulatorie res agitur. sed nihil apud deū miseri⁹ tristius & dānabili⁹ si hec male fiant. ¶ Capitulū quintū De moribus sacerdotū.

SAcerdotes dicti sūt quasi sacra dantes. Ideo sacrā debent ducere vitam: iuxta illud Ysaie li. Mūdamini qui fertis vasa domini. quia tū presbiteri a sanctitate eius debita recedunt: ideo iugo indebito deprimuntur. Nam Leuitici: xxii. dicitur q̄ sacerdotes sancti & immaculati esse debent. et qui habebat maculam: nō debet offerre panem. vt si cec⁹ vel claudus esset. Super quo Gregorius in suo pastorali. libro secūdo. capitulo: xi. Cecus ē inqt qui diuine contemplacionis lumen ignorat. Claudus autem est qui viam vite nō valet tenere. Ideo Apostolus ad Ro. xiii. monet abicere opera tenebrarum: et induere arma lucis. Illi enim sacerdotes arma induūt qui in virtutib⁹ proficiunt. Nam teste Ieronimo epistola: xxxiii. Cleri cus dicit a cleros grece quod est sors latine. Et propterea vocantur Clerici: quia de sorte domini sunt. aut quia dominus est sors eorum: scilicet possessio. Clericus igitur se talem debet exhibere vt possideat dominum: et ipse possideatur a domino. Vnde Hugo libro secundo. parte tercia: capitulo quarto. Signaculum inquit clericorum est corona qua signatur clericus deputatus ad ministerium dei: cui seruire est regnare. Nā corona regale decus est quod non īmerito clericis dat̄ iuxta illud prima Petri secundo. Regale sacerdociū. Et ibidem subdit Hugo: q̄ capitis coma clerico in modum corone tundatur: et sūmitas capitis desuper denudatur: vt per hoc detur intelligi q̄ ad regiam potestatem assummitur: vt reuelata facie gloriam domini contempletur. Quapropter clerici comam nutrire prohibentur: vt patet in Decreto dis. xxiii. Clerici coma ti a solicitudinibus temporalibus excmuntur: ne va-

nitatibus mentes eorum impediantur. Vnde Ieronimus epistola :xxxiiii. Negociatorem inquit clericum tanquam pestem fuge. quia nemo militans deo: implicat se negociis secularibus. Et ideo de ipso Ieronimo Policratus refert libro: viii. capitulo. xiii. qualiter a mensa sua tres clericos exclusit: quia incompositi erāt Dicebat enim viro honesto & graui non licere in eius consorcio aliquem incompositum habere. Inhonestum est igitur aliquem se clericum profiteri: & vanis occupacionibus detineri. ne de clericis verificet illud Trenorum: iiii. Qui nutriebātur in croceis amplexati sūt stercora. Nunquid olim sacerdotes Nasariorum ob vite continenciam caput radebant: & capillos in igne sacrificii ponebant: vt dicitur Numeri: vi. Illi enim moraliter capillos radunt qui temporalia mente deserūt Et tūc deo sacrificant: quando deo famulari disponūt. Hec enim omnia corona clericalis designat. Nunc tamen clerici suam vocacionem pretermittunt. et ideo ī subiectiones plurimas incidunt. Sed apud egipcios sacerdotes omnia reliquerunt. et ideo eximi sicut dictū est apud Pharaonem meruerunt. Vnde Ieronimus ad Eustachium epistola :lxxxiiii: narrat ꝙ in egipto tria fuerunt genera monachorum. scilicet Cenobitarū qui in cōmuni viuebant. Et Anachoritarum qui solum in deserto habitabant. Et alii quorum genus dicebatur in lingua egipciaca Enuch: qui bini vl' trini habitabāt simul. Et de primis scilicet Cenobitis loquens Ieronimus ait ꝙ nullus in cibo erat strepitus: sed pane & liguminibus pascebantur: soliq; senes vino vtebant. aliaq; plurima laudabilia narrat Philo: prout allegat Ieronimus. De aliis vero scilicet Anachoricis narrat Iosephus ꝙ creberrimam vitam duxerūt. Clericorum igitur & signanter religiosorum vocacio est ad diuinum cultum et non ad mundanum occupamentum. Vnde Anshelmus de similitudinibus narrat in somnis se vi-

disse angelum dei describentē sibi quis esset verus mo
nachus. et concludit ibidem q̄ verus monach⁹ est ille
qui locum sue habitacionis perpetue eligit: in quo per
petue habitare disponit. Sed nunquid lamentandum
est q̄ viri ecclesiastici atq; religiosi mūdo abrenūciasse
se dicunt. et tamen curis temporalibus maxime inten
dunt. non attendentes verba beati Bernhardi in quo
dam sermone dicentis: q̄ natus filius dei elegit paupe
rem domum: & tenuit paupertatis formam. Aut igit̄
deus vel mūdus fallitur & errat. sed diuinam impossi
bile est falli sapienciā. Melior igitur est stat⁹ ille quē
elegit. Et idem Bernhardus in sermone in vigilia na
talis domini. Quid inquit paupertate dicius: quid pre
ciosius: qua regnum celorum emitur: & gracia acqui
ritur. Vnde Ieronimus epistola. c. xvi. Apostoli iquit
gloriantur q̄ omnia dimiserunt: & secuti sunt saluato
rem. Nunc autēm viri ecclesiastici Cristum secuntur
vt mun⁹ accipiāt. aut vt sua liberius desideria impia ī
pleant. Verūtamen Mathei quinto dicit̄. Beati pau
peres spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum.
Et Mathei: xix. Si vis perfect⁹ esse vade & vēde om
nia que habes & da pauperibus. Mundo igitur spreto
debet vir religiosus tanquam agricola animam suā ex
colere: scilicet vicia exstirpare: & virtutes īserere. Vn
de Appollius libro de deo Socratis ait: q̄ sicut volens
acute videre purgat oculum. sic desiderans in virtuti
bus proficere debet colere animum. Quapropter Au
gustinus de verbis domini sermone: xii. Quid inqt ꝓ
dest plena bonis arcba: inanis consciencia bona vis ha
bere: & bonus esse non vis. Erubescere debes de bonis
tuis: si domus est plena bonis: & te malum habet. Et
ibidem concludit. Bona exteriora si contra peccatorem
possent: ad deum clamarēt: luxta illud Abagug secun
do. Lapis de pariete clamabit. Quid enī ꝓdest stulto
habere diuicias cū sapienciā emere non posset. Eccle

siastes quinto. Non igitur diuicias: sed sciencia & virtutes acquiramus: vt eximi promereamur: iuxta prophetam dicentem. Nolite tangere cristos meos: et in prophetis meis nolite malignari. ¶ Capitulum sextum De continencia virorum ecclesiasticorum.

Viri ecclesiastici ad hoc deputati sunt vt in castitate deo famulẽtur. Quale enim obsequiũ tuum erit: si mẽs tua polluta fuerit. aut quomodo sacrificium offeres deo si tua vita maculata extiterit. Sit igitur vita tua continens & imaculata: vt deo pro te & pro aliis placere posses. Sed vnde est q̃ ecclesia tantis luxuriis inquinatur. quis concubinas seminauit. Reuera estimo q̃ cõsorcia: cõiuia: colloquia cum mulieribus solita: viros ecclesiasticos a contẽplacione retardantes voluptate & lasciuia corruptissima inficiunt. Attendamus enim quid dicat Iheronimus. Gladius inquit ingens species mulieris. Nam qui tangit picem: coinquinabitur ab ea. Vnde Augustinꝰ dicit q̃ asper sermo atq; rigidus & breuis semper cum mulieribus est habendus. quia si mulier audit amicabilia: tũc surgit vt hostis demolitur: hominem deprecatur. mentem inclinat. animum atq; mentis statum effeminat. corpus eneruat. bursam euacuat. racionem cõmaculat. proximum scandalisat: & deum negligit. Insuper Bernhardus libro de contemptu mundi sic inquit. Colloquium mulierum non est nisi virus animarum: prebens sub mellis dulcedine pocula fellis. nã de cor illarum laqueus est fallax animarũ. illaqueãt stultos: ducunt ad tartara multos. Vnde Crisꝰ de Thanea in sermone dicit. Mulier est caput peccati. arma dyaboli. expulsio paradisi. corrupcio legis. A qua si cauere cupis: fuge illam. quia vt serpens inficit & venenat. Vnde in vitis patrum libro secundo: parte quarta legitur: qualiter sancta mulier monacho cuidã moniales intuenti dicebat. Si monachus perfectus esses:

illas non ita respexisses. Item ibidē parte secunda de Arthenio abbate legitur q cū mulier quedam sibi po stularet vt ī oracione haberet memoriam eius. Ipse re spondit. Rogo deum vt ipse auferat memoriam tuam de corde meo. Insuper ibidem parte quarta legitur de muliere sancta in monasterio egrotante; que nō permi sit vt frater eius eam visitaret: ne ipsius occasione in ter feminas staret. Vnde dixit ei. Vade frater ora p me; quia Christo annuente videbo te in regno celorum Ceterum Augustinus libro de cura pro mortuis agē da narrat; de Iohanne nobili monacho qui habuit spiri tum prophecie; qui cum videret mulieres quasdam ī festas esse vt ipsum viderent; tunc dixit. Eamus vbi non est mulier. Ex his igitur patet qualiter fugiēda est libidinis occasio. Ideo apostolus ad Ro: viii. dice bat. Non estis in carne: sed in spiritu.

Capitulum. vii. De moribus prelatorum.

PRelati vices Christi gerunt. Decus igitur magnum est si contradicunt domino a quo cō stituti sunt: non vt terrenis insistāt: sed vt bo nis moribus populum dei instruant. Vnde Hugo par te: viii. capitulo. xiii: dicit q episcopi vtuntur sanda liis que sunt calciamenta prelatorum ne terrenis pol luantur. et baculo vtuntur vt rebelles corrigāt. qui re curuatus est vt mites retrabant. Ornantur annulo vt ecclesiam sanctam sponsam profiteā tur. Et ibidem cō cludit Hugo q vestimenta sacerdotum et prelatorum virtutes eius debitas designant. Tunica mundiciam. Tona continenciam. Stola pacienciam. Casula caritatem. Sed heu nunc: nec virtutes habent: nec de subditis sollicitantur: iuxta illud Zacharie: xi. O pastor & ydolum derelinquens gregē. Vnde ī tractatu de: xii. abusionibus prelatus negligens numeratur. O quanta abusio: quia se dicunt rectores: nec tamen regunt: sed de temporalibus curam tantūmodo accipiunt: Cōtra

exhortacionem Bernhardi libro quarto :ad Eugeniū dicentem. Memento inquit ſaluatorem yconomū habuiſſe Iudam. Quid igitur epiſcopo turpius q̄ incumbere ſuppellectili & ſubſtāciole ſue omnia ſuſcitari. de ſingulis morderi. de ſuſpicionibus moueri ad queuis perdita. Attendat enī prelatus qualiter Phutifer omnibus traditis Ioſeph: quid haberet in domo ſua neſciuit: vt dicitur Geñ. xxxix. Alius igitur temporalia diſpenſat. et tu de diſciplina prouide id nemini tradas: ſed ſuper moribus manum vlciſcentem adhibe. vt qd enim diuino cultui viri deputantur: ſi pre ceteris deo non famulantur. Vnde Exodi: xviii. Prouide tibi viros de omni plebe potentes & timentes deum. exemplo Pharaonis qui noluit committere pecora niſi viris doctis: vt patet Geñ: xxxxvii. Nunc tamē verificatur illud Yſaie tercio. Dabo pueros principes eorum. Mā p'ures prelati ſunt pueri. quia neſcii & inexperti cōperiuntur. Attendat enim prelatus quoniam architector fundamentum cum proſpicit: grandesq̄ lapides ī fundamēto ponere ſolet: ſicut fecit Salomon tercio regum: quinto. Lapides enim grandes viros virtuoſos deſignant: ſuper quibo eccleſia fundata eſt. Iuxta illud ad Epheſios ſecundo. Superedificati eſtis ſuper fundamentū apoſtolorum & prophetarum. Hii columne erant vt dicitur ad Galathas ſecundo. Nunc tamē ad eccleſie prelatos dici poteſt illud Yſaie: xlix. Venerūt ſeruitores tui deſtruentes te. Merito igitur Bernhardus miratur libro quarto ad Eugenium. Cur prelati tot inueniunt quibus curam animarum cōmittunt: et tamen cōuenire nolunt: quibus ſuas facultates in curā exhibeant. Verūtamen q̄ ars artium eſt regimen animarum: vt ponit Gregorius in ſuo paſtorali: libro primo capitulo primo. Ad huiuſmodi igit̄ regimē exercēdum: ſapienciam & virtutem habere maxime neceſſe eſt. Fortaſſis eciam aliqui pretermiſſo ſapiēcie ſtudio

solis facultatibus intendunt. Verūtamen teste aposto
lo ad Thimotheū: oportet episcopū nō esse auarū.
Capitulū. viii. De oracione faciēda vt vnꝰ oret ꝓ alio

Quid enim oracioni efficacius. reuera nihil. Vn
de Luce: xi: dicit. Si quis perseuerauerit pul
sans. Et subditur. surget & dabit illi. Et ad
Thimotheum secundo. Volo inquit vos orare in omni
loco leuantes puras manus. Tunc enim manus sūt pu
re: quando conſciencie sunt munde. Tunc enim oracio
magne ē efficacie. Vnde prima Iohānis tercio. Si cor
nostrū nō reprehenderit nos: fiduciā habemus quicqd
pecierimus accipiemus. Et iohānis: xvi. Si quid pecie
ritis patrem meum in nomine meo dabit vobis. Vnde
Trenorum tercio. Leuemus corda cum manibus. Su
per quo dicit Gregorius: ꝙ ille cum corde manus le
uat qui oracionem suam cum operibus roborat: quoni
am virtꝰ oracionis est celsitudo caritatis: vt dicit Gre
gorius libro secundo super euangelia. Nempe Christia
ni tanquā fratres oracionibus & aliis munimentis spi
ritualibus se debent iuuare: ne ab hoste dissipentē: quo
niam debemus animas pro fratribus ponere: vt dicit
Iohannis tercio. Si enim vnꝰ pro alio interceſſerit: tūc
Christianorum cōgregacio erit terribilis vt castrorum
acies ordinata: Scribitur cāticorum sexto. Super quo
dicit Gregorius libro secundo super Ezech. Omne ia:
viii. Tunc est acies ordinata quando in nullo est cor
rupta oracio. et quando per inimicicias locus non va
cuatur nec dissipatur. Nam si per caritatē fideles vni
antur: tunc malignus hostis ingredi non potest. Cur
enim voluit deus vt ex vno homine totum genus hu
manum diffunderetur: nisi quia vult ꝙ omnes homi
nes sibi inuicem adhereant & vniantur: inquit Augu
stinus: xii: de ciui: dei. capitulo: xxi. Nam caritas mul
tos animos vnum: & multa corda vnum facit. vt inqt
idem Augustinus super Iohannē Omelia: lxxxiii. Nūc

tamen corda hominum diuisa sunt: nec vnus alteri suc currere curat: nec in temporalibus nec spiritualibꝫ sub sidiis. quibꝫ prima Iohannis tercio dicitur. Qui habue rit substanciam huius mundi: & viderit fratrem suum necessitatem habere: et clauserit viscera sua ab eo. quo modo caritas dei manet cum illo. quasi diceret ꝙ non. Vnde Ephe. iiii. Supportantes inuicem in caritate. Illi enim in caritate se supportant qui corporis necessa ria sibi inuiceē exhibēt: & deuotis oracionibus pro de lictis alienis quantum in eis est deum mitigant. Legi mus enim apud antiquos tantam fuisse erga proximū dilectionem: ꝙ pro salute proximorum non solum ora re: ymo eciam quecūq; flagella tollerare disponebant. Vnde in libro qui paradisus dicitur: legitur de Sera pione qui alio nomine dicitur Syndonius ꝙ se vendi dit paganis precio. xx. solidorū. et eis seruiuit donec eos ad fidem Cristianam conuertit. Cūq; ab eis rece deret: peccuniam restituit. Illi autē suadebant vt pau peribus eam daret: sed ipse renuit dicens. date eā vos quia non mea sed vestra est. De eodem eciam legitur ꝙ Manicheo cuidam se vēdidit: cui seruiuit: et tandē eum conuertit. Si igitur proprium corpus pro salute proximorum exposuerint veteres. nos merito & per amplius oraciones impēdere debemus. Vnde aposto lus secunda Coꝝ: vltimo dicebat. Ecce libētissime im pendam: et superimpendar pro animabꝫ vestris. Nem pe phas est vt aduertamus quoniā Abraham semꝑ sol licitus fuit altare domino edificare: eiusq; nomen inuo care. Sic vir cristianus preces domino fundere sollici tus esse debet. Quoniā teste Augustino epistola: xlvii. Oracio beatam vitam facit quā omnes appetūt. Quid enim aliud oportet orare: nisi qđ cupiūt homines. Et subdit. Oracio plus gemitibus q̄ sermonibus agitur. plus fletu q̄ affatu. absit ī oracione multa locucio: sed nō desit feruēs intēcio. Vnde Iob: xxxi: dicebat. Quis

mihi tribuat adiutorem vt desiderium meum omnipotens audiat. Super quo verbo dicit Gregorius :xxii. moralium. Vera inquit postulacio non est in oris vocibus :sed in cogitacionibus cordis. apud aures dei non fiunt verba:sed desideria. Ideo de Moyse Exodi:xiiii dicit. Quid clamas ad me. quasi diceret. quid clamor prodest. Et de Anna primo regum. x. dicitur q̄ orabat et non loquebatur. Vnde Mathai:vii Intra cubiculum tuum:& clauso hostio ora patrem tuū. Nam in vitis patrum parte vltima narratur q̄ Iulianus apostata misit quendam demonem vt portaret ei quoddam responsum. qui demon transiens per locum vbi erat probus monach9:vlteri9 nō potuit:eo q̄ dictus monach9 orabat. Quod cum audisset Iulianus cito interemptus est. Oracio igitur demonem eicit atq; superat. Debemus igitur sine intermissione orare:& nō deficere:vt inquit apostol9 prima Thimo. v. Et prima Petri:iiii. dicit. Vigilate ī oracione:et hoc ī spiritu & veritate.

Capitulum.ix. De predicatoribus.

Predicatorum vocacio veritas sit:et non propria comoditas. Si enim predicans regnum dei propriam comoditatē veritati preponat. sua predicacione parum proficere valebit. Veris autē verbi diuini exclamatoribus ait dominus per prophetam. Preparabit̄ veritas mea in eis. Nempe libro tercio hystorie triptite. capitulo:viii: dicitur q̄ cum delectacionis disputacione tractaret̄ negocium fidei. vn9 quidem ex predicatoribus verbi dei laicis obuiauit dicens. Audite fratres quoniam artem dyaleticam non tradidit nobis Cristus: nec apostoli vanam verborum fallaciam: sed puram scienciam fide & bonis operibus seruandam. Ipsos igitur imitando veritas est dicenda Insuper ibidem narratur qualiter senex quidam veritatem sic hortabatur cuidam philosopho dicēs. O philosophe audi dogmata veritatis. Vnus est creator om

nium. et verbum eius quo creauit omnia filiꝰ eius est Hioc igitur si credis: noli inuestigare studio. Ad cuiꝰ verba philosophus mirabili quadam virtute cōuersus est. Vnde psalmista: lxvii. Dabit enim dominus verbū euangelisantibus virtute multa. Nā in vita sancti Cesarii legitur qꝙ spiritus sanctus sermonem suum disponebat vt hominum conscientias sua predicacione conuerteret. Ex quo potest colligi qꝙ non ex nobis: sed ex spiritu sancto in predicacione loquendum est. Insuper Augustinus sexto libro confes. de seipso narrat qꝙ ipso predicante: Alippius intrauit. quo intrante Augustinus ꝑdicare cepit valde mordaciter cōtra ludos quosdam quibus Alippius intentus erat. De ipso tamen Alippio nullo modo cogitauit. et tamen Alippius omnia propter se dici credebat. Et subditur qꝙ Alippius conuersus ē. eiusqꝙ correctio Augustino fuit attributa. Et ideo subdit Augustinꝰ. Per me inquit licet me nesciente bene operatus es domine. Simile eciam de eodem Augustino ī eius vita narratur: quomodo ipso nō cogitāte: sed deo ministrāte: contra errorē Manicheorum in mensa sedendo loquebatur. ibiqꝙ interfuit quidam qui Manicheus erat: qui post biduum venit ad eum flens & confitens se fuisse Manicheum quousqꝙ audiuit eum loqui. Patet igitur qualiter predicacio a spiritu sancto ministratur & per ipsū roboratur. Nūc autem plures predicātes pocius proprio ingenio qꝙ in diuina inspiracione confidunt: nec veritatem curāt ꝙ mulgare: sed pocius auditoribus placere volent: es dulcia quedam proponunt. itaqꝙ non docent cum docere non teneantur. Quibus Osee quarto dicitur. Quia tu repulisti scienciam: ego te repellam ne fungaris mihi sacerdocio. Illi enim scieciam repellunt qui veritatem predicare negligunt. Quibus Gregorius: xxi: moraliū sic inquit. Absqꝙ iure ecclesie fructus comedūt qui ecclesiastica comoda ad vsum corporis accipiunt: et ex-

bortacionis ministerium populo non impendunt. Nos inquit pastores officium preconis suscepimus: sed ecclesiastica alimenta corpori debita suscipimus et quod subditorum est non impendimus. Quod est contra illud Ezechielis tercio. Audies verbum ex ore meo et ānunciabis eis. Ceterum Gregorius primo libro: omelia secunda. Prepositus sine culpa non est: quando verba vite subiectus populus non audiens ex sua culpa nō moritur. Ille enim occidit qui tacēdo morti consentit. Qui igitur preest si tacuerit: reus mortis tot vicibus inuenitur quot permittit tacēdo duci ad mortem. Et ibidem omelia: xviii. Pensemus inquit cuius damnacionis sit sine labore mercedem laborū percipere. quasi diceret q̄ viuētes ex bonis ecclesie: ad veritatis predicacionem debent insudare. Nam doctrina a sacerdotibus expectatur: vt sonant precepta veteris legis: vt inquit Ieronimus epistola: xlvii. Et Apostolus ad Titum. Oportet inqnit episcopum doctrina esse fidelem vt potens sit exhortari sana doctrina. Ille enim potēs est qui non solum verbis sed eciam bone vite exemplo p̄dicat. Quoniam peccatori dixit deus. Quare tu enarras iusticias meas: & assumis testimonium meum per os tuum. quia scilicet predicantes sermonem efficacē non habent si operibus verba contradicunt. Quapropter Gregorius moralium: xxx. Tunc inquit est sermo viuus & efficax cum predicator in vita pura & sancta atq̄ perfecta est. sicut fuit Stephanus: de quo Actuū septimo dicitur q̄ non poterant resistere sapiencie & spiritui qui loquebatur. Insuper libro quarto ecclesiastice historie legitur q̄ sancti patres cum olim conuenissent ad concilium Nicenum: ibi philosophi disputaciones & dubia moverūt in tantum q̄ maximum fuit spectaculum: maximaq̄ congregacio audiencium. nec poterat quidam philosoph9 ibi existens ab aliquo concludi. Vir igitur quidam sciencia simplicissimus: san-

ctus tamen et bone vite cōtra philosophū arguere voluit. sed assistentes propter derisionem non permittebant. nichilominus tamen constanter ad philosophum accessit hec verba dicens. In nomine Ihesu cristi philosophe audi. quoniam deus vnus est qui fecit omnia in verbo: scilicet filio quem credimus hominem factum & mortuum & passum. Que verba cum audisset: tante fuerunt efficacie q philosophus credit: et Cristian⁹ factus est. Itaq & ille qui a nullo concludi poterat p humanam scientiam: a simplicissimo viro conclusus est Ex quo patet q vite sanctitas: et non intellectus ingeniositas: predicantis verbum efficax reddit. Ceterum eodem libro capitulo secundo legitur q mulier quedā captiua fuit apud gentem Ybernorum: que in sua captiuitate vitam sanctissimam ducebat. Accidit tamen q adolescens quidam egrotaret: cuius mater per singulas domos ibat remedium petens. Ad illam igitur captiuam cum venisset interrogauit: an remedium p filio suo sciret. que respondit q aliud remedium non sciret: nisi q Crist⁹ in quem credebat ipsum sanare poterat. Oracione igitur fusa infantem sanum reddidit cuius mater miraculum per totum regnum promulgauit. Regina igitur hoc audiens cum infirma esset: ad predictam captiuam accessit. et fusa oracione sanitatem accepit in nomine Ihesu cristi. Quapropter regina Cristum esse verum deū suo marito nūciauit. Cūq; rex conuerti differret: accidit in venacione vt in tenebris maximis esset. Cristum igitur inuocauit dicens. O Criste si deus es nunc me libera. Et protinus luce clarescente liberatus & conuersus est. Ecclesiam igit edificari fecit. et ad Constantinum vt sacerdotes mitteret scripsit qđ & fecit. Cūq; columna quedam ecclesie humana virtute eleuari non posset. predicta captiua oracione impetrauit hoc vt eleuaretur cunctis admirātibus. Vnde patet q vite sanctitas plus facit ad

cōuersacionem q̄ sciēcie ingeniositas. Vnde Ysaie:xxxx dicitur. Super montem excelsū ascende tu qui euāgelisas syon. Ille enim super montem ascendit qui in sanctis operibus viuit. Ille autem euangelisat qui diuinū verbum predicat. Vnde Ezchielis primo, Speculatorem dedi te qui in alto conspicis.

Capitulum decimum De scolasticis.

Licet omnia scire bonum sit. diuine tamen veritati potissime intendendum est. quia nec fallit nec fallere potest. Legimus enim gen:xvi qualiter Abraham ancillam domine subiecit. Sic omnes humane sciencie diuino scrutinio debent ancillari Vnde Augustinus libro secundo de doctrina cristiana sic inquit. Homo quicquid extra sacram scripturā didicit: si noxum est ibi damnabitur. si vtile est ibi inuenitur. Vnde idem Augustinus epistola tercia. Nulle inquit littere compande sūt duobus preceptis domini i quibus est omnis ars. Ibi enim phisica. quia causa omnium naturarum deus est. Ibi Ethica. quia nō nisi diligendo deum vita bona formatur. Ibi Loyca. qa deus lumē est anime. Ibi salus reipublice. quia nisi dominus custodierit ciuitatem & cetera. Ibi est sacra sapiencia Prouer. viii. inquiens. Audite nāq̄ de rebus magnis locutura sum. et apperientur labia mea vt recte predicent. veritatem meditabitur guttur. hec enī dat intellectum paruulis. Vnde Sapiencie:vii. Optaui inquit scilicet sapienciam: et datus est mihi sensus. et inuocaui: et venit in me spiritus sapiencie. In hac autem sapiencia teste Hugone in didasco. parte quinta. In proprio ingenio non est confidendum. quia pocius oracione q̄ studio acquiritur. Vnde Mathei. xi. Abscōdisti hec a sapientibus & prudentibus: et reuelasti ea paruulis. Vnde Cassianus in col. patrum. Cupientes inquit ad noticiam scripturarum pertingere: nequaq̄ debent suos labores cōmentariis impendere, sed om-

nem industriam mētis & intencionē cordis erga emē dacionem vicioꝝ detinere. quibus expulsis sacrā scripturam contemplantur: sicut ab oculo purificato colores intuentes. Narrat eciam Cassiodorus libro de institucione scripturarum: q ipse cū explanacionē cuiusdam questionis inquireret. septem diebus ac noctibꝰ ī oracione pstitit quousq deo reuelāte cognouit. Huius igit sapiēcie studium potissime bonis operibus exercetur. Vnde hugo vbi supra. Bene inquit scripturam studet qui ea que audit opere complet. Vnde libro: ix. historie tripti te de quodam abbate narratur qui cum audisset versum istum psalmiste. Dixi custodiam vias & cetera. et tūc āplius noluit audire dicēs sibi sufficē si qđ audierat posset īplere. Vnde anno vite sue: xlix: interrogatus an predictum versum didicisset & compleuisset: respondit q vix implere potuerat. Non igit in magnis difficultatibus: sed in bonis operibus sacre scripture studium versatur. Vnde ecclesiastici: lxxxii. Pie agentibus deus dedit sapienciam. Quis enim tam stultus vt eum dicat sapientem: cuius vita mala ē dissoluta & enormis. Omnis enim dissolucio ex insipiencie radice manat. Ille igitur putandus est sapiens qui opera sua dirigit sapienter. et ea que facit: sapientē facere decet. Nam iste est fructus vere philosophie. scilicet bene loqui secundum suum statum. et consequenter bene viuere vt dicit Apuleꝰ de deo Socratis. Vnde Aristippus philosophus cuidam tiranno interrogāti quid studium philosophie sibi prodesset. respondit: vt cum omnibus hominibus secure & intrepide sciam fabulari. Nam apostoli populum dei sic conuerterunt quia vnumquēq secundum suum statum docuerunt. Nunc dominis: nunc seruis: nunc patribus: nunc filiis nunc vxoribus veritatem suadentes. Vnde Epheſ. v. Viri diligite vxores vestras. Et ibidem: vi. Filii obedite parētibus. serui obedite dominis. Item prima Pe

tri secundo. Serui subditi estote & cetera. Et ibidem tercio. Mulieres sint subdite viris suis. Et prima Iohannis secundo inquit. Scribo vobis patres. scribo vobis adolescentes. scribo vobis infantes. Insuper gentiles conformiter fecerunt. Vnde Pompeius libro: viii. & Policratus libro: vii. capitulo: iiii. pariter narrant qualiter Pitagoras audiens vrbem Cratomoz esse dissolutam venit vt doceret. Itaq; alio affatu viros: alioque matronas hortabatur: vnicuiq; veritatem predicans. Itaq; secūdum statuum varietatem leges & mores descripsit. Racione igitur pociori diuini verbi predicatores animo valido debent detegere. Sed plurimi ī suis abditis proximis detrahunt: quorum peccata corrigere vbi phas est negligunt. ibiq; locuntur vbi tacendū est. Nam ecclesiastici: xii: dicitur. Vbi non est auditus non effundas sermonem. Congruit igitur loquendi tēpus & locum explorare. Vnde primo saturnalium legitur q̄ Socrates grecus orator in conuiuio existēs rogatus fuit vt de fonte sue eloquencie aliquid proponeret, qui rēnuit dicens. Nil inquit tam gratum est philosophie sicut locis & tēporibus aptare sermones. Vn de Ecclesiastici: xi. Prudencie statera ponderabnntur quia scilicet loquendum est secundum exigenciam locorum & personarum. Vnde Valerius libro sexto: capitulo vltimo narrat de Senocrate qui cum gratis eloquiis mores astrueret: vidit quendam superuenientē cuius crimina grandia erāt. et ideo materiam de qua loqbaē pretmisit vt pcā illi9 detestari posset. Idē Ecclesiastici: xxxvii: dicit. Cū viro irreligioso de sanctitate tracta, & cū iniusto de iusticia. Vñ Seneca epistola .c i. dicit: q̄ talis debz cē pfus vt ad ipsū veniēs semp aliquid ferat: & ī aliquo melioret. Pocius igit̄ in verbo p̄dicantis pfect9 debet haberi. Quoniā sicut dicit̄ Coz. primo. Sermo me9 & p̄dicacio mea nō est ī persuasionibus humane sciencie: sed in diuinis eloquiis.

Tractatus tercius Libri tercii qui est de statu princi
pum & nobilium. Cuius capitulum primū est de Cle
mencia nobilium & principum.

Sint principes clementes exemplo anti
quorū. Narrat enim Valerius libro: viii.
capitulo quinto de quodam qui propter
homicidium morti condemnatus erat. et
cū morti proximꝰ esset: ait iudici. Meā
non recuso mortem. sed meos defleo paruulos: quos ti
bi recōmendo. Misericordiam igitur obtinuit pieta
tis causa. Itaq; innocencia veniam impetrauit: vbi pie
tas paruulorum indulgeri fecit. Narrat eciam de quo
dam qui libidinis causa condemnatus erat. sed veniam
impetrauit: eo q̄ suam impericiam sponte declarauit.
Beati igitur misericordes qnoniam ipsi misericordiā
consequentur. Mathei quinto. Narrat enim Augusti
nus libro: viii. de ciui. dei. de quodam: cuius nomen
Axes: qui morti condemnatus erat: et homicidii reus
habebatur. Iudicantibus tamen diis. xii. absolutus est
a sentencia sex deorum illorum. xii. qui venerabantur
apud Attbenienses: quibus lex erat q̄ si voces iudicū
erant equales: tūc absolucio iusticie preponebatur. Si
igitur gentiles deum non cognoscentes indulgere stu
duerunt. merito & pocius cristiani iudices hoc facere
debent: vt scilicet pocius indulgenciam q̄ rigorē exer
ceant. Verū tamen iudices prelatiq; plures fauore vel
ira seducti: causas subditorum non discuciunt. sed cū
rigore sue temeritatis subditos affligunt. Vnde nar
rat Augustinus. vi. confes. capitulo. xi. de Allippia
collega suo quomodo apud Carthaginem fuit depre
hensus de furto: sed sine causa. Accidit tamen diligen
ti discussione facta q̄ imunis erat. quia puero quodam
reuelante qui furtum cōmiserat repertus est. Et con
cludit ibidem Augustinus. Non arbitror inquit ob ali
am causam deum hoc permisisse: nisi q̄ vir ille scilicet

Allippius qui tantus futurus erat inciperet discere q̄ homo non de facili iudicandus est. Vnde de ipso narrat q̄ assistendo & iudicando pretulit equitatem cuiscūq; potestati: iuxta preceptum domini Exodi: xxiii. Nec iudicio plurimorum acquiescas: scilicet vt a vero deuias. Et ibidem. Nō declinabis iudicium pauperis. Vnde Leuitici: x. Non iniuste iudicabis. Et subdit. Noli facere iniquum aliquod in iudicio: sed omnia ī regula pondere & mensura. Ideo iniunxit beat9 Ambrosius Theodosio imperatori: vt ante tricesimum diem nullum condemnaret morti. quia non ex libito uec ad libitum procedendū est. Nā & de domino Cen̄. xviii. capitulo dictum est qualiter clamor Sodomorum venit ante eum. non tamen statim condemnauit. sed ait. Descendā et videbo & cetera. quia scilicet cū magna deliberacione iudicandum est: et non cum ira vel furore. Sapiencie. xii. Et tu cum tranquillitate iudica. Ira enim iusticiam non operatur. Iacobi primo. Vnde Seneca libro de ira narrat de quodam iudice tirāno. qualiter tres milites innocentes propter iram suam condemnauit: quia redierant sine suis cōmilitonibus siue sociis: imponens eis q̄ illos īterfecissent. Precepit enī cuidam militi vt primum duceret ad locum supplicii. Cūq; tamē duceret eū venit cōmilito siue socius illius qui ad supplicium ducebatur. et tunc ad iudicē redit vt ille excusaretur. Quod videns iudex iratus est. primoq; militi dixit. Te iubeo interfici: quia semel damnatus es. Secundo dixit similiter. quia causa damnacionis tui cōmilitonis fuisti. Tercio dixit. Et te iubeo occidi. quia iusso occidendi precepto nō paruisti. Ideo Ysidorus libro tercio de sūmo bono. capitulo: xxv. Iudex inquit iracundus examen iudicii intueri nō valet quia caliginem furoris excecat9 non videt. Vnde Augustinus epistola. xxxv. ante finem concludit dicens. Nō debet inquit iudex vendere iustum iudicium aut

deteſtari verum iudicium: licet vendat aduocatus iuſtum patrocinium: et iuriſperitus verum conſilium. Illi enim inter vtrāq; partem examinis adhibentur. Iſti vero ex vna parte conſiſtunt. Nihil igitur turpius. nil ſordidius q̄ iudiciū vendere: vt ponit Auguſtin⁹: vii. confeſ. Nam iudicium ſi fiat ad precium: ſordibus cō putatur: vt ait ibidem libro quinto. capitulo ſecundo. Quia cum iudex ſit dominus iuſticie. ſi igitur iuſticiā vendit. ſuam dominam precio exponit. Verū tamen illud Oſee tercio verificatur. Puellam inquit vendiderunt vino vt biberent: ſcilicet iuſticiam. Sed qui emit non letetur: vt dicitur Ezechielis primo. quia vendi-tor & emptor peccant. Tales enim figurantur Numeri. xxii. in Balach qui corrupit Balaam muneribus & excecauit. Vnde Petronius ſic ait. Quid faciūt leges vbi ſola peccunia regnat. aut vbi paupertas nullo iure vincere poteſt. Iam igitur iudicium nihil eſt niſi publica merces. Quapropter tulius libro tercio. capitulo xi. ait q̄ a maioribus hoc accepimus q̄ contra iuſticiā nihil agamus. Maiores enim predeceſſores vocantur Vnde agellius libro quinto de ymagine iuſticie vultū ſenex depinxit: verbaq; veneranda coloraut. Et ſequitur. forma virginali aſpectu vehementi ſine formidine eam intoniſauit. Quia ſcilicz iudices formidari nō debent qui iuſticiam agunt. Vnde valerius libro. vi. capitlo tercio narrat de iudice vrſe qualit fuit excoreat⁹ eo q̄ nullā iuſticiā faceret. et ſup ei⁹ pellē filiū ei⁹ tanq̄ iudicē ſedē aſſiſtētes cogerūt. Faciēda ē igit iuſticia: admixta tamen decenti pietate: ſicut loſeph feciſſe legit. ¶ Capitulū ſecundū de bonis principibus

Principes ſunt conſtituti vt populum foueāt & protegant. Vnde Moyſes orabat vt deus prouideret hominem propter multitudinem populi: qui poſſet exire & intrare ante eos: vt dicitur Numeri: xxvii. Olim non genologia: ſed merita ſubli-

mabant. quia bonis: et non tantum generosis principa
tus debet. Nam Quintius cum propriis manibus cole
ret terram: factus fuit consul. Itaq; ab aratro vocatus
est ad dominium. Et cum suo consilio victoria adepta
fuisset: ad pristinam paupertatem reuersus est: vt nar
rat Augustinus quinto de ciui: dei. capitulo: viii. Nō
igitur dominandi ambicio: sed succurrendi atq; regen
di auiditas principibꝫ adherere debet. Vnde Valeriꝰ
libro: viii. capitulo tercio de Artilio narrat qualit ab
aratro vocatus est ad imperiū romani populi suscipiē
dum. Et ideo de illo tempore dicit q̄ patrie rem vnꝰ
quisq; non suam augere ꝓperabat. pauperq; in diuite
imperio: diues ī paupere aduersari malebat. Vnde So
linus libro quinto. capitulo quarto loquendo de popu
lo cuiusdam insule. Populus inquit ille eligit spectatū
moribus & inueteratum clemencia. Nam de regibus
israhel dictum est. Reges israhel clementes sunt. Nā
quid Ioseph clemens extitit. Nunc tamen qui dominā
tur tiranni sūt: et sue fortitudini dominea: & non deo
que obtinent ascribunt. Nichilominus omnis potestas
a domino deo est: vt dicitur Ro. xiii. Et Iohānis. xix.
dicitur. Non haberes in me potestatem nisi tibi esset
datum desuper. Et sic verificatur illud Osee. viii. Ip
si regnauerunt et non ex me principes extit erunt. sci
licet mali: quorum dominia diuine ordinacioni non sūt
ꝑputāda: & subditoꝝ prauitati iuxta illud Iob: xxxiiii.
Ipse enim facit regnare hominē ypocritam super pec
cata populi. Et Osee: xiii: Dabo tibi reges in furore
meo. Si igitur populus nunc peccat: nō mirum si prin
ceps impius regnat. Nam principes impii sunt qui cī
furore agūt. tantūmodo rapiunt: muneribusq; iusticiā
peruertunt. Et qui positi sūt in defensam populi: ipsi
offensam inferunt. Cuius oppositum Romanos nobi
les legimus feciſſe: vt narrat Pompeius libro: xviii.
q̄ cum Tyneas Romam fuisset missꝰ a Pirro vt pacē

confirmaret: grandia munera secum detulit. sed suscipere Romani noluerunt. et sic ille gracia inuenit. Vnde Romani iudices hostia claudebant: ne cum muneribus itrare posset. Similia narrat Valerius libro quarto. capitulo. xiii. et libro: viii. capitulo quarto de Pytracio Milleno qualiter partem agri de consensu omnium sibi oblatam refutauit dicens virtutum gloriam magnitudine minui. Sed quid dicemus. Nã teste Seneca epistola: xviii. Phares rex neminem salutauit sine munere. et tñ Ecclesiastici: xx. dicitur. Quoniam encenia & dona excecãt oculos iudicum. Ideo propheta inquit. Qui munera super innocentem non accepit: semper habitabit in tabernaculo tuo. Vnde Gregorio9 moraliũ: x. Tres inquit sunt acceptiones munerum ad que ex fraude festinatur. Nã accipi solet a corde gracia. ab ore gloria. a manu peccunia. a quibus iustus debet excutere manus. Et idem in registro libro quinto Encenia inquit vestre sanctitatis accipere nolui. quia incongruũ est pauperibus quicquã accipere. Vnde Salustius narrat qualiter Roma in cupiditatem versa ẽ. et ideo ipsa cito peritura nunciabatur. De quo Iuuenalis. Omnia inquit Rome cum precio fiunt. Attendant igitur principes vt non propriam comoditatem: sed reipublice vtilitatem intendãt. Quia teste Augustino super Matheũ. x. Gentiles olim ob amorem reipublice filiis propriis non pepercerunt.

Capitulũ terciũ De pietate & misericordia principũ

Cum principibꝫ sit cõmissum vniuersi regimẽ: expedit vt mẽbrorum defectibus compati discant. alias enim respublica diuturna fore non potest. Vnde Ouidius libro de tristibus. Si quociens peccant homines sua fulmina mittat Iupiter ex alto cito inermis erit. Que verba sonant principem debere misereri. Vnde & veteres clementes extiterunt. Vnde narrat Valerius libro quinto ꝙ Marcellius hostes

suos Syracusanos cepit. Inter quos fuerat vnus qui erat ditissimus: quem intuens Marcellius: & considerans suum infortunium: a lacrimis abstinere non potuit. Narrat insuper qualiter Cesar aspiciens caput Pompey inimici sui: lacrimas dedit. Vnde Seneca. Magnarum virium est offensam negligere. Et Boecius. Maximum genus vindicte est posse vlcisci. nam sufficit posse Item Valerius vbi supra narrat qualiter Cesar audita morte Catbonis emuli sui fleuit: et patrimonium suis liberis incolume reseruauit. ipsosque fouit & protexit. Hoc eciam recitat Augustin9 quinto de ciui. dei. capitulo. ix. Vnde virgilius. Tu regẽs imperio populum romanum memento. Parcere subiectis: & debellare superbos. Et alibi. Sit piger ad penas princeps ad premia velox. Vnde Solinus de Cesare dixit q̃ clemencia pocius q̃ armis vincit Item Valerius libro quinto de Alexandro narrat qualiter videns in suo exercitu militem antiquũ frigoris tempestate afflictum: sibi compassum: propriis manibus eũ accepit de sua sede sublimi descendens: et in sua sede eum posuit. Et ideo Iacobus in sua canonica ait. Iudicium sine misericordia fiet illis qui non faciunt misericordiam. Vnde veteres clemẽtes extiterunt. quia sicut narrat Valeri9 libro quinto. capitulo primo: Marcus marcellius clemẽtissimus fuit. Nam cum multos Siracuzanos captiuos haberet: ipsosq̃ afflictos videret flere cepit pre nimia cordis tristicia quam habebat de infortunio eorum Insuper Virgilius: vi. Eneid. narrat q̃ Eneas piissimus fuit: sic dicens. Tu regens imperio populum Romanum memento. Hee tibi artes erunt pacemq̃ imponere recte. Parcere subiectis & debellare superbos. Item in historia Troianorum legitur q̃ Tytus tante clemẽcie fuit q̃ omnibus prodesse cupiebat: nullique nocere studebat. Item Valerius libro quinto: capitulo primo recitat q̃ Pompeius regẽ Ar-

menie cū cepisset. qui tñ contra Romanos multa mala gesserat: ac etiam Mithridatem Romanis infestissimū suis viribus protexerat. Nihilominus ipse Pompeius regem Armenie predictum benigne suscepit. et dyadema quod de capite suo abiecerat: ei imposuit: atq; in pristinam fortunam restituit. iudicans eque pulcrum esse facere reges sicut vincere. Quapropter Seneca libro primo de clemencia: capitulo quinto sic dicebat. Nullam inquit rem magis q̄ clemenciam principē habere decet. Vnde libro eodem: capitulo quarto narrat de quodam qui diebus cunctis vite sue semper studuerat qualiter de hostib⁹ vindictam habere posset. Cūq; tamen semel contigisset q̄ hostem vincere non poterat a sua vxore consilium peciit quid facturus esset. Ipsa respondit q̄ more medicorum facere deberet. Nam experti medici dum vident q̄ vna medela nō prodest: aliam contrariam tribuunt. Sic pariter dicebat viro suo q̄ deceret vt temptaret: si clemēcia sibi proficere posset: exquo vindictam exercere nōn posset. Nihil inqt cum crudelitate hucusq; profecisti. Nūc igitur tēpta qualiter tibi succedat cum clemencia. His igitur dictis vir gauisus fuit & leto animo inimico suo pepercit. quem exinde amicum fidelissimum adinuenit / Patet igitur q̄ vtilior est clemencia crudelitate. Nā inimicum vincere si laudabile est. laudabilius tamen est sine inimico viuere. maximeq; laudabile inimico indulgere. Ideo concludit ipse seneca libro preallegato: capitulo: x. q̄ licet apes aculeum habeant. rex tamen apum aculeo caret. Clemencia igitur virtus est que principi debetur. Ideo Cristus Luce: vi: dixit. Estote misericordes sicut pater vester celestis misericors ē. Tradit enim Policratus libro quinto: capitulo: vi: q̄ Plato suis discipulis sepius dicebat. Cum potestas seuit i subiectos: idem est ac si pupillum tutor persequatur. Sicut igitur tutor erga pupillum debet esse clemens

sic viri cuiuscūq; potestatis debent proximorū fauere iuri. Naturale enim est q animal quod est potencius: eciam sit clemencius. Nam Catulus ab Hynnulo nihil patitur. Leo eciam homini prostrato indulget. Vnde Vegecius libro quarto: capitulo quarto narrat q Philippus muliercule cuidam paupercule in tantum mi sertus fuit: q licz ipsa verbis ipsū infestaret. nihilominus de facultatibus suis secretissimis eam recreauit. Quapropter multum racionabiliter Seneca libro primo de clemencia: capitulo quarto: ad clemenciam hortatur dicens. Libet vt clemens sit qui vult deos esse sibi clementes: vt talis sit vnusquisq; quales sibi vult esse deos.

¶ Capitulum quartum Quomodo principes debent colere deum.

Sicut narratur in historia triptita: libro primo q Constantinus factus cristianus: cultum diuinum in tantum dilexit q tabernaculum ad istar ecclesie factum secum deferri iubebat. Cui sacerdotes & ministri ecclesie assistebant: precibusq; intendebant. Romanorūq; diuerse cohortes eiꝰ exemplo similiter fecerunt. varium tamen diem secundum diuersas opiniones elegerūt. Vnde sacerdotes & dyaconi dominicam diem coluerūt. Alii vero feriam sextam preterlerunt. quia dominus in ea passus ē. Vnde apud Romanos feria sexta prius celebrabatur. nec racionabili causa hoc caruit. quia sicut narratur vbi sup̄ Constantinus ī virtute sancte crucis plurimas victorias obtinuit. Nam cum preliaturus esset: quasi in somno cōsti tutus vidit signum crucis in celo: & angelos dicentes O Constantine in hoc signo vinces. et extunc signum crucis iussit preferri ante se tanq; vexillum victoriale Eciam habetur hoc libro: ix. ecclesiastice historie: capitulo. xix. vbi dicitur q in dextera sua signum crucis gerebat ex auro factum. Non mirum igitur si Romani sextam feriam ante diē dominicū diu coluerūt.

quia tamen in resurrectione consumacio facta fuit nostre redempcionis. Ideo ecclesia die dominica colendu ordinauit. Nec tamen illi colut qui iocis insistunt: seu qui ocio torpent. sed isti tantu qui bonis operibus oracionibusq; insistut. Posco igitur vt attendamus quanto studio predecessores nostri dies celebres coluerunt. Narratur enim in historia triptita: libro secundo q Theodosius apud Tessoloicam ciuitatem fere septem milia hominum iussit occidi: eo q indignat9 erat q sui os quosdam iudices lapidauerant. Hoc tamen pacto ad Mediolanum rediens ecclesiam ingredi voluit. cui occurrens de foris beatus Ambrosius: sic eum alloquebatur. O imperator attende: quia dominus vnus e rex omnium & creator. Quibo ergo oculis aspicies dei templum. aut quibus pedibus calcabis sanctu illius pauimentum. qualiter manus extendes de quibus adhuc sanguis iustus stillat. quoniam biis manibus sanctum domini corpus suscipies. Vnde subdit. Forte enim recognicionem peccati prohibet potestas imperii. decet tamen vt racio vincat potestatem. Recede igitur: tua q non queras augere iniquitate. Hiis aute sermonibo obediens flendo ad regalia remeauit. Cuq; tame octo mensibus ecclesie ingressu priuatus fuisset. diesq; natiuitatis saluatoris appropinquasset. tuc Theodosius lacrimis & gemitibus feruentissime lugebat dolens q tante diei cultui non assistebat nec assistere valebat. Sed cum tas lacrimas vidisset Ruffinus milicie sue princeps: causam tanti gemitus inquisiuit. Cui Theodosius ait. Tu Ruffine luges. et ego lamentor. Nam meis seruis tepla aperta sunt. me autem exorantem ingredi prohibet. Ruffinus aute apud Ambrosiu exhibuit se intercessorem: sed nil obtinuit. Theodosius autem lacrimis & precibus sibi veniam dari meruit. et i cunctis tanq; filius ecclesie obediuit. Ex hac igitur historia discat fidelis quantum fuit in Theodosio cultus

diuini desiderium. quantum diem celebrem venerari petiuit. quanteq; obediencie extitit. Et ideo dominus sibi benedixit: et in dei virtute inimicos superauit: vt dicitur vbi sup̄: capitulo: xxviii. Decet igitur principes deum & ecclesiam colere. Nam veteres cum omni genere musicorum deos suos colebant. qui tamē dii in ualidi: nullius q; potestatis erant. Pocius igitur deum verū tenemur venerari. Narrat enim Valerius libro tercio: q; Alexandro sacrificante astabat ei vnus thurilarius: cuius brachio carbo ardens illapsus est ī tantum q; caro eius aliqualiter cōburebat ex lapsu vnius carbonis. atq; circumstātes hoc odorabāt. nihilominꝰ tamē dolorem silencio cooperuit: & brachium īmobilem tenuit: ne forte Alexander sacrificium dimitteret. Ecce quantus zelus ad deorum cultū. Attendamus qualiter Dauid: licet occupetur duodecī regnis nihilominus tamen sepcies in die laudes deo refundebat. Vnde dicit in psalmo. Sepcies in die laudē dixi tibi. Item refert Cassianus de Beato Anthonio qualit tota nocte orauit. et cū sol oriretur de mane dicebat. O sol cur me impedis ab huius veri luminis claritate. Nam tota nocte ī contēplacione steterat. Item de beato Eusebio legitur qualiter a vesperis sabbati vsq; ad solis ortum diei dominice īmobiliter manibus extensis permanebat. Ex quibus omnibus concluditur q; diuino cultui insistendū est: maxime cum beneficia suscepimus. Vnde Gregorius in omelia. Cum inquit augētur dona: raciones eciam crescāt donoꝝ. Tanto igitur humilior atq; ad seruiēdum deo prompcior quisq; esse debet ex munere: quanto se obligaciorem esse cōspicit ī reddēda racione. ¶ Capitulū. v. de moribꝰ principū

Nobiles sic nuncupari nō merentur: nisi bonis & honestis moribꝰ floreāt. Quia teste Cassiodoro epistola: ix. decet quēq; honorē quem gerit nomine moribus exhibere. Vnde Tul. in philip.

prima. Vos nobiles quedā ſpectare decet: non peccu-
niam: neq; opes violentas: ſed caritatē ciuium & glori
am concupiſſe. Quia teſte Caſſiodoro epiſtola tercia:
Conuentus ſapientum dignitas eſt imperanciū. Eru-
beſcant igitur huius temporis nobiles quibus mos eſt
ex ſua nobilitate peccandi ſuſcipere audaciam: vanāq;
iactanciam ex ſuis parentibus promulgant: eo tamen
pacto quo parentes ſua virtute nobilitatē receperūt.
eodem pacto iſti ſua vicioſitate nobilitatē terminaue-
runt. Expedit enī teſte Sydonio ī ſuo epiſtolari: libro
quinto: nobilem eſſe ſine ſuperbia. ſine inuidia poten-
tem. ſine ſuperſticione religioſū. ſine iactancia littera-
tum. Nunc autem filii nobiles ſe putant qui faſtū ſuis
inceſſibus monſtrant. Habent enim calcios acutos vt ī
greſſibus ambulare diſcant. ferunt dextrocheria: ar-
millas & ornamēta & veſtium varietatem: atq; diſpa-
ritatem excogitant. Non ſunt tamen arguendi ex ho-
neſtate: ſed ex pompoſa vanitate. Cur enim dominea
obtinent: niſi vt regāt. ſed regere quomodo poſſunt ſi
ſe regere nequeant. Dicit enim Socrates q; qui mul-
tarum rerum poteſtatem habet: primum conſcienciā
purgare debet. Stultū enim eſt vt imperare quis ve-
lit: cum ipſe ſibi imperare non poteſt. Et ſubdit. Age
ſic alienum vt tuum non obliuiſcaris negociū. nulliq;
impones quod tuipſe pati non poſſes. hoc exhibe qđ ti
bi optaueris exhiberi. Si bene egeris ipſe tibi perſo-
ne auctoritatē dabis. Quomodo igitur iſti dicunt pri
cipes quorum pocius ſuperbia q; ſapiēcia regnat. nec
curant leges obſeruare quibus alios aſtringūt. Impor-
tune enim necant. ſtuprant. rapiunt. adulterant: & ſi-
milia facientes anathemiſant. Verūtamen Catho ait.
Patere legem quam tu tuleris ipſe. Si enim attendat
princeps qualis eius nominacio fuerit: peccare verebi
tur: cum ſit datus populo non tantum in domineū: ſed
eciam in exemplum. Nam teſte Seneca. Principem

peccare non decet cum possit. Precorq; q non solū manus & linguam: sed etiam oculos continere debet, Vnde Galterus in Alexandreidos libro .vi. Maiestas regia magni ponderis esse solet. Et Ouidius quarto tristium. O qui nominibus generosis flores exuperas: ac morum nobilitate genus. Animaduertant igitur principes: et nobilitatē exornent moribus: vt pocius virtutibus q; pompis intendant. Nam superbia reges pluri mos seduxit: et adhuc forsan captiuat. Plures nāq; sūt qui tanto tumore superbiunt q suis subditis loqui dedignantur. turpeq; putant popularibus exhibere collo quium. Narrat tamen Valerius libro .vii. q Publius Valerius consul Romanus adeo semp plebem dilexit vt merito Publiculus cognominatus sit. Et Eutropi9 refert q cum Vulpius ab Auicēna redargueret eo q nimis cōmunis esset. respondit dicens talem imperatorem debere esse priuatis: qualem sibi imperatorem priuatus optasset. Quia igit quilibet imperatorē optat sibi ꝓpiciū. ideo ipse debet subditis ꝓpici9 & cōmunis esse.

Capitulū .vi. De diuiciis principum

Princeps est oculus plebis. qui contagiosus si fuerit: mox interficit. Vnde Stacius in Thebaidos. Regna cum scelere omnibus ex his sūt grauiora. Vnde Quintilianus capitulo tercio. Hec est inquit superiorū condicio vt quicquid faciunt precipere videātur, Et Boecius tercio de conso. Imperante nequicia virtus non solum premio caret. verū eciā sceleratorum pedibus subiecta calcatur, Et Ouidius sexto de fastis. Sic agitur censura: et sic exempla parantur. Cū vides alios qd monet ipse facit. Et libro secundo sine titulo. Quod decuit reges cur mihi turpe putant. Et Iuuenalis libro tercio. Omne viciū de tanto despectius crimē in se habet: quanto maior qui peccat habetur. Vnde in prouerbiis sapientū dicitur. Inferior horrescit quicquid peccat superior. Et Claudia

nus in maiori. Componitur orbis regis ad exemplum
nec sic inflectere sensus humanos edicta valent: q̄ vi-
ta regentis. Mobile mutatur semper cū principe vul-
gus. Hiis igit̄ testimoniis clare apparet periculosissi-
ma in principibus scelera fore. Eorum enim exemplo
populus delinquit. Vnde Cassiodorus epistola tercia
dicit sub iudice bono populum corrigi. Porro inquit
facilis recti persuasor est innocens iudex. Nam subdi-
tus predicabili conuersacione pudet mores probabiles
non habere. Sed prochdolor sicut planeta planetarum
scilicet Sol eclipsatur. sic in principibus lum̄e bonesta
tis rarissime cernitur. Vnde Seneca in Agamēnone.
Non intrat regnum lumen aut fides: sed precio vinci-
Et Ouidius libro secundo sine titulo. Curia pauperi-
bus clausa est: dat census honores. Inde grauis iudex:
inde seuerus eques. Et: vi: de fastis. Regia res scelus
est. Et idem ī epistolis dicit. Impat heu populis timi
de non imperat iure. Possidet & viciis regna minora
suis. Quibus verbis ínuitur regna delictis fore subie-
cta. Et quanc̄p in principe omne delictū sit graue. q̄d
tamen aliis nociuius est grauius est. Quia teste Tulio
libro secundo de officiis. Nullū inquit vicium est de-
terius auaricia: presertim in principibus & rempubli
cam gubernantibus. Habere enim questui rempublicā
non solum turpe: sed eciam sceleratum & nephariū est
Rursum ī principe audacitas festinataq̄ precepcio no
cet. Vnde Suetonius libro secundo de. xii. cesaribus
Augustum redarguit eo q̄ nil melius questui arbitra
tus est. Vnde Salustius in Iugurtino. Animi cupidi-
tas cōmune nobilitatis malum ē. Ceterū turpis amor
principi minime competit. Vnde Fulgencius secundo
mittologiarū. Quāuis inquit omnibus libidinis amor
turpis sit. nunquā tamen deterior q̄ in honorato. Nā
Iupiter in cignum conuersus est: cum Leda concubuit
que peperit ouum: vnde tres nati sūt: scilicet Castor.

Pollux. & Helena. Vnde Leda a ledendo dicitur: immundiciaq; designat. et nomine louis principes itelligunt. Omnis igitur ptincipat9 libidine maculatur Vnde referunt poete in huius rei testimonium cignú illum plenum esse viciis: ipsoq; clamante aues tacent. Helena eciam quã Leda gerit discordia seminum fuit. Similiter Castor malú exemplú nuncupatur. Pollux vero a prodendo dicitur. Itaq; omnis mali libido occasio est. Rursus principi súme impaciencia nocet. Vnde Stacius in Thebaidos libro primo. Gentilis animo subiit fragor inuidia atq; parens odii metus. Sed nec ob hoc hiis viciis ablatis principes vt cómuniter scelerantur. Nã auaricia: libidine: impaciencia molestañ Vnde Petron9. Venalis populus venalis curia primú laq; maiestas auro corrupto iacebat. Vnde autem hec procedant vicia inquiram9. Timendú est enim ne pranorum societas ad prauum eos inclinet. Aliqui enī scelerati: peccatisq; pleni principes sectantur vt placẽdo ditentur. In hoc autem placere studẽt q; crimina sua dent. Hii comparañ animalibus querentibus non hominem: sed predã: iuxta illud Senece libro de reme. Meli muscę secuntur cadauera lupi. frumenta formice. ita turba predã sequiñ: non hominem. Nempe familiares regum eos sepius euertunt. iuxta illud Boecii secundo de conso. Regú familiares regíam potestatẽ sepius prosternunt. Et Varro in suis sentenciis. Amicis inquit diuitum palee sunt.

Capitulum. vii. De paciencia & clemencia principú.

Quanto quis in gradu est sublimior. tantum ad misericordiam & clemenciam existere debet promptior. Vnde Seneca libro primo de clemencia ad Neronẽ. Nullum inquit ex omnibus magis q; clemencia regem aut principem decet. Apes enim aculeum habent. sed rex apum aculeo caret. Saluú regem clemencia in aperto monstrabit. Vnde est inex-

pugnabile munimentū amor ciuium. Quid inquit pul
crius est quā viuere cunctis optantibus pacem. Ve-
recundiam eciam peccandi facit ipsa clemencia. Nec
minus principi turpia sunt multa supplicia: q̄ medico
multa vulnera. remissiusq̄ imperanti melius paretur.
Natura enim contumax est: & facilius ducitur q̄ arta
tur. Attendat igitur princeps vt clemens suis ciuib⁹
sit: nec recusēt misereri ipse qui venia indigere potest
Nam teste Tulio libro primo de officiis. Nihil ē lau-
dabilius: nihilq̄ dignius placabilitate et clemēcia. que
tamen ita probanda est vt adhibeatur reipublice sera
seueritas: sine qua ciuitas administrari non potest. Et
idem Tulius Philip. ii. Prediū inquit caritate & be-
niuolencia ciuium oportet esse septū: nō armis. Discāt
ergo reges & principes misereri: & iracundie veneno
non intumescant. Ipsi nāq̄ mestos debent cōsolari: peri
culum ergo si eorum iracundia alios prouocet. Nam si
turbacionis occasionem habeat: posco vt deserat: Iuxta
illud Galteri ī Alexandreidos libro primo. Vindictā
suffer donec pertranseat ira. Ne meminisse velis odii
post verba. Nam teste Ouidio tercio tristium. Quan
to quis maior: tanto placabilis ire. Et faciles motus
mens generosa capit. Itaq̄ ignobilitatis signum est se
pe irasci. Et difficile recte iudicat ipse cuius mentem
ira possidet. Vnde Tulius libro primo de officiis. Nū
quam inquit qui iratus ad puniendum accedit: medio
critatem illam tenebit que est inter nimiū & parum.
Ideo Seneca in troyade. Quo inquit plura possis: plu
ra pacienter feras. Et libro primo de clemencia. Rex
Iesus animum in potestate habeat. longeq̄ sit exorabi-
lior in suis iniuriis q̄ in alienis. Nam quemadmodum
magni animi non est qui de alieno liberalis est: sed qui
qđ alteri donat sibi detrahit. Ita eum clementem non
facit alieni doloris tollerancia: sed propriorum stimu-
lorum paciencia. magnique animi est iniurias in summa

potencia & paciencia pati. Nec quicquã glorioſius eſt principi ipune leſo: Vnde Galterus in Alexandreidos libro primo. Inſtabile eſt regnũ quod non clemẽcia firmat. Animaduertãt queſo domini & principes homines ipſos eſſe. nec principatus naturam propriam abſtulit: cuius eſt miſereri & fratri proximo indulgere. Vnde Therencius in adelphis. Vt homo es: ita mores geras. Nã teſte Claudiano i maiore. Munera ſola deq̃ equat clemẽcia nobis. Pax maiora docet: peragit tranquilla poteſtas qđ violenta nequit. Et ſubdit. Nunq̃ libertas gracior extat q̃ ſub rege pio. Vnde Quintus torcius libro ſexto. Regum ducũq̃ clemencia non eſt in ipſoꝝ numero eſt que cõmunia ſunt et ingenioſita / tem mentis que validitatẽ inſinuat. Hiis ergo teſtimoniis clare deducitur clemenciam principi maxime congruere: que talis ſit vt nec iuſticie deroget: nec fauore. gignatur. Sed clemencie ſuperbia detrahit: que quorũdam principũ corda ſic detinet vt miſereri & clemenciam exhibere nolunt. ſed offenſi mox interimere, omnes cupiunt. ergo ſimiles i natura homines & ꝓximos: virtutibus forſan eis celebriores deprimere curant. Huius autem ſuperbie & impietatis nutrix eſt ambicio quã multi ſolia ſibi nõ debita vſurpare preſũpſerunt. Eodẽq̃ pacto quo ſuperbia eos i tronisauit impie pariter regnare facit. Verũtamẽ principatꝰ nõ debet ambicione obtineri aut ſuperbia poſſideri. Vnde Galterus in Alexandreidos libro viii. Tucius eſt nõ aſcẽdere q̃ poſt aſcenſũ regredi. Veteres enim ſapientes principatum recuſarunt pocius q̃ ambierũt. Vnde refert Seneca libro tercio de beneficiis q̃ Antigonꝰ bo ſtem ſui patris cum ſuperaſſet. nichilominus prelium belli ad patrem tranſtulit. Et ſubdit. Hoc eſt regnũ nolle regnare cum poſſes. Vnde Valerius libro. iii. refert Fabium officium conſulatus recuſaſſe: multis tamen deprecantibus. Et libro ſexto refert de Manilio

consimilem historiã: qui cõsulatum recusando: Mores inquit vestros ferre non potero: nec vos imperiũ meum perpeti poteritis. Non sic tamen hiis temporibus principatum homines recusant. sed auidissime currũt eiusq; occasione superbiunt & superbe regnant: atq; si ne clemencia principantur.

Capitulum. viii. De ludis principum.

Principes subditorum sũt exemplar. Si igit̃ ludorum vanitatibus intendunt. et ludorum ineptoz̃ enormitates adinuenire studeant. Ip sorũ porro familiares atq; subditi consimilibus occupacionibus se faciliter occupabunt. et sic putabũt viuere sane quando ea faciunt que suos dominos facere viderunt. Quis enim taxillorum aut alearum ludos magni ficauit? Principes & domini inconsulti hoc fecerũt. Nec tamen reprobandum est si quis solacio spiritũ suũ recreat. Sed reprobatissima est eorum vita: quibꝫ mos est totum tempus vite sue ludis & stultiloquiis exhibere. Hii nocturnas vigilias amant: & ludorum vanitati se ad fatigacionẽ intollerabilẽ incendunt. Sed cũ lucente die surgere debeant vt populum regant & foueant: ipsi tamen somno tunc sunt dediti. et tandẽ ex vite dissolucione & maleficiis corporis & anime grauissime decidunt. Rursus hii cũ refectionẽ sũpserint ad militare exercitiũ non contendunt. nec virorũ illustrium acta commemorant in exemplo. sed feruẽtissimo ineptissimoq; desiderio taxilloz̃ alearũq; fortunis se cõmittunt. Quorũ occasione periuria obsecraciones & forsan blasphemias conficiunt & miscent. Itaq; mẽsque ex iocis recreari deberet: ludis talibus ineptissimis inquietat̃. Ideo Seneca in puerbiis dicebat. Alea tor quanto in arte doctior: tanto est nequior. Vnde refertur q; Themistides dicebat non decere magistratꝰ ludis vacare: sed a quibuscũq; ieuitatibus debent animũ arcere ne respublica ludere videat̃. aut ne relicta

grauitate perire poteſt. Vnde Seneca epiſtola quinquageſima. Quid mihi luſoria illa componis: nō eſt iocādi loc9. Nunqd refert Auguſtinus libro: viii. de ci. dei. capitulo: xvi. quomodo cuidā Romano in ſomnodictū fuit vt ludi prohiberentur. Et in ſúma de caſibus libro primo dicitur q ludētes ad aleas vel taxillos peccāt non ſolum ludētes: ſed etiam cōmittentes. quia ibi ſunt deſideria lucrādi. volū tates ſpoliandi. ibi mēdacia: periuria: blaſpheme: & huiuſmodi. quoniā alea mendaciorū & periuriorū mater eſt: vt dicit Policratus libro primo. Vnde de Achillo legim9 q cū miſſ9 fuit ad Corintheos vt fedus cum eis cōtraheret: inuenit duces & ſeniores cū aleis ludentes. Ideo abſq verbo reuerſus eſt dicens cum taxillatoribus ſe nolle contrahere ſocietatē. Nempe reges & principes ludos leues exercere: & inſiſtere iſtis non licet. Quia ſicut narrat Policratus vbi ſupra. Rex Parthorum dedit talos aureos regi Demetrio ī ſignum obprobrii: eo q nimis ſeuis erat in moribus & iocis. Vt igitur grauior efficeretur: ideo talos aureos ſibi contulit. Vnde Criſ: ſuper Matheū omelia: vi. dicit q deus non dat ludere: ſed dyabolus. Si inquit luſerimus: ante certamē deficiemus. Nec tamen ludi honeſti per hoc reprobantur. Quia teſte Seneca de tranquillitate: philoſophi ſapiētes quandoq ludis vacauerunt. ſicut Socrates qui cū puerilis eſſet ludere nō erubeſcebat. Et Catho Laxabat animū curis publicis fatigatum. Et concludit ibidem q aſſiduus labor frangit vires. Et dat exemplū de agris qui melius fructificant ſi quietē interpoſitā habeant. Vnde ſicut ſomnus ē neceſſarius: ſi tamē cōtinuus fuerit mors eſt. Sic ludus honeſtus mentē diſponit. ſi tamē fuerit aſſiduus mentem ebetat. Vnde Caſſianus libro: vii. collō. narrat de ſancto Iohāne apoſtolo qualiter cum pdice. letabatur: quod cum videret iuuenis. quidā mirabat virum tam ſanctum & ſenem

hoc facere. Cui sanctus Iohānes ait. Quid portas ī manu. qui respondit: arcum. Cui Iohānes. Cur arcū tensum non habes semper. Cui iuuenis. ne assidua curuacio vires eius minuat. Sanctus inqt Iohānes. modica laxacio: scilicet temporata leticia homines meliorat & vires fortificat. ¶ Capitulum. ix. De dominio principum quomodo debet esse virtuosum.

In Quibus debent principes putare eorū imperia diuinis iussionibus preferenda. Nam a deo cepe runt domineū quod habēt. et ineptissime dominantur. nec merentur principari: nisi inquantū virtutibus ꝓpollent. Peruersorū tamen principū malicia tēpore nostro ꝓfidenciū ita viget: vt dominari pocius credantur peccandi licēcia ꝙ virtutū excellencia. Hiis enim principes peruersi id solū habēt dignitatis ꝙ falax hominū opinio credit. vt tāgit Boeci⁹ tercio de cōso. capitulo. iiii. Attendāt igit̄ principes qui terre dominant̄ corporibus ꝙ mortalibꝫ mortales. Cur igit̄ supbiūt. cur momētanea luce tumescūt. Refert enī Ieronim⁹ epistola. c. xix. Et Valeri⁹ libro vltimo ante finem: qualiter rex Perses de sublimi loco exercitū suū ꝓspexit. in quo cum vidisset fere īfinitā multitudinē hominū fleuit: ꝑsiderās ꝙ post centū annos omnes isti mortui esset: nullusq; viueret. Et addit idē Valeri⁹ ꝙ suā ꝓditionē: scilicet mortalitatē in aliena specie deplorabat. Si enī animaduerterēt quanta ē in mūdi principibꝫ ānexa calumnia: nunq; aut raro appeterēt. Vnde Egesippus libro. iiii. narrat de Vespasiano qualiter cū esset ī obsidione Iherosolimica audita fuerunt noua ꝙ Nero fuit occisus. Et ideo Vespasianū in ī patorem milites elegerūt. Sed Vespasian⁹ omnino rēnuit. & milites omnino instabant. Itaq; minis mortis ipsū infestabant. Ille autē indignū se reputabat. sed milites suadebant vt ī periū acciperet. quia poci⁹ cura erat ꝙ honor Vnde Valeri⁹ libro. vii. capitulo secundo narrat qua-

liter dyadema sibi traditũ diu conspexit anteq̃ capiti imponeret dicens ꝙ dyadema magis faciebat hominẽ nobilem q̃ felicẽ. quia si considerentur sollicitudines principatuũ nunq̃ acciperent̃. Mirũ igit̃ ꝙ hec humana iura primogeniture putamus: & celestia omnino negligim9. Nempe veteres principatũ nõ querebãt. Vnde narrat Valeri9 libro quinto: capitulo sexto de quodam qui cũ exiret portã ciuitatis: corona subito imposita fuit capiti eius. atq; dũmodo reuerteret̃ ipsum in regem postulabant. sed reuerti noluit. quinymo sibi ꝑpetuum exiliũ indixit. In cuius rei memoriã in predicta porta ipsius effigies inclusa posita fuit. Ceterũ Valerius libro. vi. capitulo primo narrat de quodã qui cũ perdidisset Asiam regionẽ & quasdam vicinas gẽtes gracias egit primo. secũdo gaudens: qa modico regno vteret̃. Nunqd Iohãnis. vi. legit̃ qualiter Cristus fugit in montẽ quando cognouit ꝙ populi veniebant et eũ raperẽt & regẽ facerẽt. Sup quo Criß. omelia: xxi Cristus inqt fugit erudiẽs nos fugere mũdanas dignitates atq; contemnere ea que sũt: scilicet tẽporalia deridere: & futura adamare. Modernis tamen tẽporibꝰ omnes ad dignitates currunt. non tñ sapienciã aut virtutes querunt. Quibus loquit̃ Bernhardus ad Eugeniũ secundũ. Simea inquit in tecto est sicut rex fatu9 in solio. Vnde sicut turpitudo symee quando plus ascẽdit magis patescit. sic homo indignus tanto fetidior quanto in gradu celsior. Quamobrẽ Augustin9. ix. de ciui. dei capitulo. xiii. narrat qualiter iuncte erãt edes virtutũ & honorum que ꝓ diis & deabus deputabant̃ ad designandũ ꝙ vir honoratus per dignitatẽ vel per potestatẽ debet esse virtuosus. Et ideo ille edes: scilicet domus erãt coniuncte. Nec tamẽ reprobãda est potestas seu hominũ dignitas. Quoniã omnis potestas a dño deo est: vt dicit̃ ad Ro. xiii. Sed reprobãdi sũt illi qui sine meritis dignitates assumunt: aut in digni

tatibus cū fuerint se & alios puerse regunt. et de modica gloria quā habent ne priuenē timētes in nullis cō fidūt. Nā Tulius libro tercio de officiis: capitulo. vii. narrat de Dionisio tirāno qualiter barbitonsores timebat ne ipsū interficerēt barbā eius si raderēt. Ideo pilos barbe comburebat. Narrat insuper de Alexandro sergeo: qui de vxore timebat. Vnde anteq̄ cubile īgredereē explorari faciebat: an eius vxor gladiū vel aliud instrumentū haberet. finaliter tamē ab ea īterfectus fuit. Insup Valerius libro vltimo ante finē narrat de Masmissa rege qui cū dormiret custodiā sui corporis non hominib⁹: sed canibus cōmisit. Hec enī omnia contingūt: quia īpii ad dignitates eleuanē. et vite huius exiguā gloriā supne felicitati anteponunt. Aniaduertāt autē illud Iob. Omnis potentat⁹ vita breuis. Vn de Iob: xxiiii. Eleuati sūt ad modicū & nō subsistent. Nā vita ē vapor ad modicū apparens. Iacobi. iiii. Omnis caro fenū. & omnis gloria ei⁹ quasi flos feni. Rursus in principib⁹ nō solū superbiā & gulā cerno redar. guēdas. Vbi autē gula regnat: ibi nulla honestas: sed dissolucio castrimargie semper comes est. Itaq̄ nobilibus maxime ptinere dinoscit sobrietas: exquo nobiliū statui p̄cipue ogruit honestas. Fortassis tñ qui se nobiles dicūt: suā vocacionē diuerterūt. Qui enī sunt edaciores curialibus qui tñ de nobilitate se iactāt. Potaciones enī serotinas habēt. & mane suis sensib⁹ nondū excitatis pocula petūt. Hec autem non est nobiliū: sed ignobiliū: nō ad vitā: sed ad mortē via. Talib⁹ autē cō messatoribus quoz̄ occupacio ī cibis & potib⁹ ē loquit Ysaias quinto capitulo dicēs. Ve qui potētes estis ad bibendū vinū. Vñ Seneca epistola. lxxxvii. narrat de quodā potente qui maiorē partē noctis in cōuiuio exigebat. et fere die tota dormiebat. O quanta vite indiscrecio. corp⁹ suis cōmessacionib⁹ distempant & inquināt: & animā pdere nō formidāt. Vnde Ysaie quinto.

Ve qui cōsurgitis mane ad ebrietatē sectandā. Et sub
dit. Cithara & tympanū & tibia & vinū in conuiuiis
vestris: et opus domini non respicitis. Hoc siquidem
viciū maxime habēt curiarū sectatores: qui iugit̄ pre-
missa salute cibis & potibꝫ vacāt. Vñ Policrat9 i plo
go narrat q̄liter Socrates pbus ea ꝺtemnebat q̄ aulici
ambiūt. scilicet q̄ curiales petūt. Quamobrē Valeri9
libro quinto: capitulo primo. Ventrē inqt distentū ci-
bo sequit̄ voluptas genitaliū. Idē ponit Grego. episto
la. xxxvii. Insup Seneca cōmessatoribus sic loquit̄. O
miserabiles quoꝝ palatū nō nisi ad p̄ciosas escas exci-
tat̄. Nō enī viuit q libidini & somno viuit. Vñ Vir. in
suo Eneid. libro primo Didonē redarguit: eo q̄ i qui-
uis tēpus detinebat. Idcirco dicebat. Infelix Dido. lō
gūq; bibebat amorē. Et ibidē dicit̄. Prima quies epu
lis mēseq; remote. Cratheres magnas statuūt & vina
coronāt. Sic strepit9 tectis voceq; p ampla volutant.
Ex quibꝫ colligit̄ cōmessatoꝝ enormitas i quibꝫ suum
paradisū sperāt.

¶ Capitulū. x. de tirānide principū

Principes & domini constituti sūt vt nō dissi
pēt plebē: sed vt foueāt. nō vt bona subiectis
aufferēt: sed poci9 id qđ habēt benigne cōser
uent. Sed ꝓhdolor dominia q; plurima i tirānidē mu
tata sūt. multiq; principes paupes subditos opprimūt
et vt ipsos ptextu iuris ꝺfundē videant: puissimas le-
ges excogitāt. Quibꝫ Ysaie dr. Ve q condūt leges ini
quas: et scribētes iusticiā scripserūt vt opprimerēt in
iudicio pauperē. Vñ psal. Sedet i insidiis cū diuitibꝫ
i occultis vt interficiat inocentē & cetera. Hii enī simi-
les sūt Castori: de quo narrat Solinus li. iii. ca. xxxv.
Qui cū hominē inuaserit ipsū non deserit quousq; ossa
ei9 ꝺfregerit. Sic tales paupes i pace nō pmittūt quo
usq; totaliter eneruauerit: vñ Michee. iii. Pelles eoꝝ de
sup excoriauerūt: & ossa eoꝝ ꝺfregerūt & cōsiderūt.
Hii tñ inexcusabiles sūt: & tñ aliena capiunt. Quibus

Ambro. li. primo de offi. loquit. Diues inqt eras. qua ergo ex causa aliena rapiebas: egestas non compulit. Ideo te feci diuite vt excusacionē nō haberes. Te feci potentē vt nō inferres: sed repelleres violenciā. Eripi te igit egenū & pauperem de manu pctoris liberate. Nā teste Seneca epistola. lxxix. Ea isti faciūt q̄ creature irracionales facere abhorrēt. Quoniam teste Aristotile li. vi. de aīalib. Non ē mod⁹ auiū vni⁹ speciei q̄ vna comedat aliā. Isti tn̄ suos fratres deuorauerunt Vnde Michee. ix. Qui comederūt carnē populi mei. Nēpe attēdere debēt quoniā paupes exaudit dom⁹. qui tn̄ paupes cōtra eos clamāt: & iusticiā a deo petēt Vnde Ecclesiastici. xxxix. Lacrime vidue ad maxillas descendūt: & ascēdunt vsq̄ ad celū. & de⁹ exauditor nō delectabit in illis: scilicet pricipib⁹ tiránis. quoniā ꝓpter multitudinē calumniar̄ clamabūt. vt dicit Iob xxxv. Ve igit qui cōgregat auariciā domui sue. quia de piete lapis clamabit: scilicz ptra eū: vt dr̄ Abagug primo. Narrat enī Petr⁹ Damiani de quodā qui ꝓximus morti erat: et a sanctis Andrea & Gregorio valde affligebat: quia sex nūmos a paupcula vidua acceperat. Vñ Ecclesiastici. xxxiiii. Qui offert sacrificium ex substācia pauperis: quasi qui victimat filiū in ꝓspectu patris. Legim⁹ enī de Tiberio ī cronicis breuib⁹ q̄ cū sibi suaderet vt tributa augmētari iuberet: respōdit. Boni inqt pastoris nō est pec⁹ deglutire. Vñ Ysaie xxxiii. Ve qui ꝓdaris: nōne & ipse ꝓdaberis. Hii enim crudeliores sūt lupis, Quia de lupab⁹ ī historia Romanor̄ legit quomō nutrierūt Romulū infantem exposi tū bestiis. Isti vero pauperes subditos tanq̄ lupi rapaces lacerāt. Vñ Crisost. omelia: xxxiii. Quid inqt ouis in medio lupor̄. quid colūba ī medio accipitrū. Impius enī iudex siue dom⁹ vt leo rugiēs & vrsus esuriens princeps impius super populū pauperē. Nam paupes sunt sicut oues in medio luporum. ¶ Capitulum

xi. Exemplum Athenienſium de iuſticia principum.

Exemplū Athenienſium qui iuſticiam ꝓprie comoditati ꝓtulerūt. Vñ narrat Valeriꝰ libro ſexto ad Tiberiū: capitulo quinto: ꝙ cū Themiſtides Atheniēſis regē grecoꝝ fugaſſet: eiuſq; theſaurū aggregaſſet: ſtudere cepit qualit Atheniēſibus Greciā ſubiugare poſſet. Cum igit deliberacione die quadā Athenienſiū cōſiliū ingreſſꝰ fuit vbi erāt ſeptē ſapiētes deputati: ꝓut Atheniēſibus mos erat. Poſtulauit igit Themiſtides vt vnꝰ eoꝝ ſecreto cōſiliū ſuum audiret. et ſi valeret: palā dicerēt. ſi vero nō: ſilēcio tenerēt. Deſtinatꝰ igit fuit Ariſtodes cui ſecrete dixit bonū eſſe vt cū claſſibus ſuis Lacedemoꝝ naues vicinas eis ſubiugaret. quia exinde poſſet mari dominari et cōſequēter Grecis emulari. Nam licet Atheniēſes greci eſſent. grecos tñ ꝓtunc aduerſarios habebant. Rediēs igit Ariſtides ad cōſiliū: qđ Themiſtides dixerat narrauit. Quo audito: ipſi ſeptē ſapiētes vnanimit cōcluſerūt. Nō decet inquntrē iſtā facere. quia & licet ſpeciē videat habere prudēcie: tñ ꝺtradicit iuſticie. Patꝫ igit ꝙ veteres olim plꝰ iuſticiam ꝙ ꝓpriā comoditatē amauerūt. Narrat igit Valeriꝰ li. v. De Corruptio ciro: qui ad euitandū ſediciones: leges cōſtituit vt cōſiliū ciuitatis nullꝰ cū gladio ītraret. Ipſe tñ Corruptius ex lōginquo itinere veniens oblitꝰ ē deponē gladiū quo ꝑcinctꝰ erat. et ita cōcionē intrauit. Cū igit monitꝰ fuiſſet de fractione legis: ipſe ſtatī ſurrexit: et ſup gladiū quē habebat ĩcubuit ſpōte: malens mori ꝙ iuſticiā ſeu legē ꝑ eū violari. Ideo Catho ingt. Patere legē quā tuipſe tuleris. Et licꝫ ĩ hoc imitari nō debeat ꝙ ſeipſū interfecit. ĩ hoc tñ amorē iuſticie quē gerebat oſtēdit. Verūtamē exēpla viri boni: et precipue boni prīcipes iuſticiā affectuoſiſſime diligē debēt: vt tanq; dies vera equitate luceāt. Cur enī antiquitus cōſules Romani pauprimi fuerūt: niſi quia maluerūt iuſticie

fauere: ꝙ iusticie detrabẽdo quouis modo ditari. Horũ enĩ pauptatẽ narrat Augustin⁹ li. iii. de ciui. dei. capitulo. xix. Vnde Valeri⁹ ĩ suo cõsulatu tã paup extitit vt de recollectis a populo nutriret. Narrat insup Vegeci⁹ libro. iiii. de re militari: ꝙ cũ quidã regulus de hostib⁹ victoriã habuisset: et ad magnos vocaretur honores. Ipse tñ in solita pauptate voluit manere. Insup Augustinus vbi supꝝ de Quintio narrat ꝙ de propriis manib⁹ terrã colebat quando fuit ad ducatũ vocatus. Cũ vero dux factꝰ fuisset: solitã pauptatẽ non ptermisit. Et cõcludit ibidẽ ꝙ plures a cõsulatu & sena tu repulsi fuerũt. quia munera ꝓ iusticia subuertẽda sũpserũt. Quoniã sicut dicit Deutro. xxi. Domin⁹ aduersat̃ erga omnẽ iniusticiã. Ceterũ narrat Valeri⁹ libro. v. et Augustin⁹ quinto de ci. dei. capitlo. xviii Quoniã Brutꝰ ꝓ tribunali sedẽs filiis suis nõ pepcit. Vnde quia Tarquinũ exulẽ reipublice dissipatorẽ reducere volebãt. ideo ꝓprios filios virgis fecit cedi: & securi pcuti. Vñ Virgili⁹. Natos te pater noua bella mouẽtes. ad patrẽ pulcra ꝓ libertate vocauit. Et Helimand⁹ historiograph⁹ narrat de Elyo: qui cũ senex esset: et impatoris exercitiũ exercere nõ posset: abiatũ fuit sibi vt ꝓpriũ filiũ impatorẽ constitueret. Ipse autẽ respõdit. Sufficẽ inqt debet vt egoipse regnauerim cũ nõ mererer. quia nõ sanguini: sed meritis principat⁹ debetur. Ideo sapiẽs Ecclesiastes. vii. dicebat. Noli q̃rere fieri iudex: nisi valeas virtute ꝓrumpe iniquitates. Ex hiis igitur patet ꝙ licet cõmunit̃ homo vincat̃. parcere autem sanguinis amore aut eciam laudis cupidine: vt inqt Augustin⁹ libro. viii. de ci. dei. capitulo. xv. Nihilomin⁹ tamẽ veteres omnia iusticie postposuerũt. quoniã ancilla: scilicet omnis fauor atq; vtilitas postponẽda ẽ iuri. quoniã impii iudices in corrupcione sua pibũt: percipiẽtes mercedẽ iniusticie: vt dicitur prima Petri secundo.

Capitulum. xii. Quomodo victoria a deo est.

Non in multitudine exercitus victoria belli: sed de celo victoria ē: vt dicit primo Machabeorum. iii. Vnde Moyses manus ad celum leuabat. et ita vincebat. vt dicit Exodi: xvii. Nam sicut in arcba homines saluabant: eo q ipsa erat sup aqs Sic eciam si mens cōtemplatiua fuerit ad celestia tendes. et aquis: id est vanitatibus si prefuerit saluari poterit. Vnde deutro. xx. Appropinquante bello stabit sacerdos ante acie et sic loquit. Nolite metuere: quia dominus noster in medio est vestri. Sic ecia Theodosium fecisse legim9. Quia sicut legitur in historia Romanoz: cum se vidisset a suis hostibus circumseptum: oracionibus vacari cepit: et signo crucis antepositō victor effici meruit. Sed qd dicemus de his qui in propria virtute confidūt. et archam: id est paradisum ingredi nō curāt. quinymo ecclesiam viroſq ecclesiasticos infestāt persecunt & laniant. Tales enim in momēto peribunt. quia dux eorum dyabolus interitum eorum querit. Narrat in historiis preallegatis Romanorum q quidā dict9 Maschelizech romanus quidē pre potens ecclesiam dei violauit: et in ea existens crudeliter extraxit. Ideo turpi excidio interiit. Attēdamus igitur historiam de Achille quam ibidem legim9: de quo fert q cum Italiam dissiparet: ad eum accessit vir sanctus Leo papa dicens vt inceptam crudelitatem dimitteret. sed papa mortuo interrogatus fuit. Cur pape sic presto obediuisti. Qui respondit q papa sibi loquente senem reuerendum viderat gladium in manu tenentem. terrore cuius in tantum expauit: q non obedire non ausus fuit. Itaq ecclesia non debet a pugnatoribus interimi. Vnde narrat Paulus dyaconus libro xii. historiarum suarum. Et Orosius libro: vii. de ormesta mūdi: q cum Romani a Gothis captiuarentur: illi soli euaserunt qui ī nomine Christi ecclesiā ingressi

fuerunt. Vnde Gotti Romanos capere poterant, sed ob reuerenciam nominis Cristi in ecclesia manentes liberos dimittebant. Quamobrem Augustin9 primo de ciui. dei: Romanorum ingratitudinē increpat: eo q̄ dicebant nomen Cristi eis obfuisse. et tamen eoz ydola succurrere non valebant. Ideo ipsi in nomine Cristi liberi facti fuerunt. Ex qua historia inferunt aliqui q̄ ab illo tempore citra principes temporales libertatem in ecclesia malefactoribus concesserunt. Quoniā laus eius in ecclesia sanctorum inquit propheta

Capitulum. xiii. De principum humilitate.

SVperbia semper petit casū. Nullus igit̄ principat9 stabilis vbi supbia regnat. Vnde Gen. xi. dicit̄ q̄ homines propter superbiam suam turrim erexerūt. et exinde ipsi qui vnius ydeomatis erant: diuisi fuerunt. Attēdamus enim quoniam supbia diuisit angelos. superbia depressit Neronē. omnis q̄ sedicio a superbia exordiū accepit. Ideo Seneca Lucillum sic monebat. Cunctis esto benignus. omnes tibi pares facies. inferiores superbiēdo ne contemnes. superiores debite viuēdo non metuas. Vnde in libro de nugis philosophorū de Iulio cesare legitur q̄ suis militibus nunq̄ dicebat: ite. sed semper venite. quia scilicz non solum volebat sibi seruiri: sed eciā seruire ꝓmpt9 erat. De quo ibidē legitur q̄ cum quidam veteranus quadam die dum damnaretur coram iudicibus: rogauit Cesarem vt descenderet et iuuaret eum. cui Cesar dedit bonum aduocatum in sui adiutorium. Cui veteranus ait. Ego inquit te pericli tante in bello Asiatico non quesiui aduocatū. sed ego pro teipso puguaui. Vide inquit vulnera que pro te suscepi. Tūc Cesar vidēs vulnera erubuit: et mox ad verbum eius descendit: timens ne superbus aut ingratus videretur. Vnde dicebat. Ille se militem nescit amare qui nō laborat vt militibus carus sit. Insuper Seneca libro quarto de ira.

de humilitate Antigoni regis narrat q quadã nocte audiens suos milites sibi contradicẽtes: eo q Rome ip sius onera maxima differebant. Ipse igitur Antigon9 clamdestine descendit: et ipsis nesciẽtibus quis esset: eos iuuabat in portandis oneribus. Ipsisque tandem dixit. Nunc inquit maledixistis Antigono: cuius vi cio in has miserias incidistis. Nunc igitur bene optate ei. quia eius laboribus interuenientibus penam gran dem euasistis. Ecce igitur quanta principum humili tas. Sed nunc posco quid dicemus: nisi quia fastum et superbiam querunt. Et principes in suo sceptro glori antur. Duces in solio. et Imperatores in dyademate gloriantur. Sed reuera vir quantumcunq; sublimis existat: attendere debet illud Iob dicentis. Spiritus meus attenuabitur: & dies mei breuiabuntur. et solũ mihi supereſt sepulcrũ. Vnde Ihesus filius Syrach di cebat. Omnis inquit potestas vel principatus breuis vita. Et Colorius philosophus de Alexandro loquẽs sic dicebat. O q̃ friuola gaudia mundi: q̃ rerum fugi gitiuus honor. Nam cui non sufficerat orbis: modico fossa sufficit terre. Hoc enim non attendunt huius tẽ poris principes. ſ in suis fastis assidue eleuant Alexã dro similes: de quo narrat Valerius libro: viii. q quia audiuit a quodam suo comite q plures mundi essent. Ideo non contentabatur vni mũdo principari. De quo scilicet Alexandro egregius verificator sic ait. Vir bone quid curas res viles res perituras. Nil pfutu ras damno q̃q; futas. Nemo diu mãsit in tbine: ſ cito tnsit. Est breuis atq; leuis ĩ mũdo glia q̃is. Qui fuit hic imus: hic erit ordine prim9. Vñ Quitin9 nãrat q vir quidã can9 Alexãdro dicebat. Vide inqt ne cadas cũ pueneris ad culmẽ ad qd̃ peruenire cõtendis. Me rito igitur Sapiencie quinto dicitur. Quid vobis pro fuit: aut diuiciarum iactancia quid contulit: transie runt omnia sicut vmbra. Et Iheremie: xxxi. dicitur.

Statue tibi speculum pone tibi amaritudines. dirige cor tuum in viam rectā. scilicet humilitatis & gracie. O q̄ indocta est illa persona que de se presumit: & de vita fragili atq; incerta eleuatur. Vnde Innocencius papa superbos sic alloquitur. Cur inquit superbis vermis & cinis. cur diuicias pauperibus dispergēdas accumulas. Cum propheta dicit. Dormierunt somnum suum et nihil inuenerunt viri diuiciarum in manibus suis. Vite igitur breuitas: & possessionum instabilitas hominem sapientem & humilem reddunt. Posco enim cōmemoremus historiam Valerii. vii. narrantis de quodam rege cui cum dyadema traderetur: diu cōsiderauit q̄ capiti imponeret dicens q̄ dyadema magis facit hominem nobilem q̄ felicem: quia si quis cogitet quantis sollicitudinibꝰ & periculis dyadema sit plenum: nunq̄ reciperet. Ita racione principatus non eleuabatur: sed humiliabatur. Vnde Seneca. Alciori inquit rei te non imponas. quia status tremendus atq; regentibus peius instat in periculum q̄ subditis: quia princeps omnes timet. ceteri vero vnum principem timent. Et conclūdit. Si vero inquit prudens eris: vbiq; idem eris. et non extollaris laudatus: nec turberis iniuriatus. ¶ Capitulum. xiiii. de castitate principū

Princeps incontinens subditorum maculat vitam suo prauo exemplo. Vnde timendum ne luxuriosus princeps subditorum filias & coniuges violat. Magna igitur securitas in domino est si castus princeps extiterit. Nempe viri veteres & celebres castitate florentes: laudis premium vsq; huc meruerunt. Queso enim vt Scipionis castitatem memoremus. Narrat enim vegecius libro tercio de re militari: capitulo. x. q̄ Scipioni Affricano virgo pulcerrima et nobilis adducta fuit. quam licet naturaliter affectaret. nihilominus eam diligentissime custodiuit. Et cum captiua esset: eam redemit. suoq; sponso qui non

dum eam cognouerat: virginem tradidit. Cuius nomen Allitius. et ꝑ dote nupciali munera grandia prebuit. Simile eciam de Alexandro legim9: Insuper de Octauiano legimus in Policrato libro primo: capitulo: x. quomodo virgo Cleopatra ad eum accessit. cui9 ꝙ oculus racione pulcritudinis sollicitauit. Verũtamẽ eius pulcritudo pudicicie nõ obfuit. Vnde poeta. Vultus adest precibus: facieſq; intacta porat. Ceterũ Vegecius libro quarto: capitulo tercio narrat quomodo Hanibal vigiliis & abstinenciis corpus suum macerabat: per quam abstinenciam extinguebatur. Legimus insuper abstinuisse Gaium prout narrat Policratus libro quinto: capitulo sexto. Et ideo Ecclesiastici: x. dicitur. Ve terre cuius rex puer est: et cuius principes mane comedunt. Beata autem terra cuius rex nobilis est: et cuius principes vescuntur in tempore suo: ad reficiendum subaudi: non ad luxuriandum. Attendam9 enim quomodo amor mulieris eneruauit Sampsonis potenciam. infatuauit sapienciam Salomonis. fedauit sanctimoniam Dauid regis: prout ait Ieronimus epistola: xxx. Et subdit. Nec Salomoni sapiẽcior. nec Dauid sanctior. et tamẽ vterq; a muliere deceptus. Nullum enim imperium durabile: nec principatus stabilis quando regnat in principe libido luxurie. Vnde Policratus libro sexto: capitulo: xii. dicit ꝙ imperium Romanum exhaustum est. Nerone imperante: cuius gula omnia deuorauit & maculauit. libido exhausit. auaricia & superbia cum luxuria exinaniuit. Insuper Egesippus libro primo loquens de Anthonio. Ille inquit scilicet Anthonius non victus est virtutibus tuis. sed magis victus est moribus suis. Vicit enim eũ Cleopatra vxor cũ qua maluit vinci ꝙ sine ea vincere. Mũ quid enim Valerius narrat qualiter vrbs Bolonienſiũ erat optime legim9 regulata. Sed per luxuriam prolapsa est. Et ideo concludit. Quid fedius. quid damno

sius est luxuria per quam virtus atteritur: et sempiterna gloria in infamiam vertitur: animiq; & corporis vires expugnantur.

Capitulum. xv. De moribus principum.

Dicit Augustinus primo de ciui. dei. capitulo xxi. et narrat versum poete dicentis. Moribus ãtiquis res stat Romana. Nam q̃diu Romani morales fuerunt: tam diu orbi prefuerunt. Vnde idem Augustinus libro quinto de ciui. dei. capitulo xiiii. verba Catbonis narrans dicit. Nolite inquit esti mare maiores vestros armis rempublicã augmẽtasse. Nam si ita esset: vobis adesset equorum armoriũq; copia. res igitur publica augeretur. sed rempublicam libido cõtaminauit. auariciaq; opulenciis priuauit. Nã quia laudam⁹ diuicias: sequitur inercia. Ideo iuxta bonos et malos nulla differencia datur: omniaq; virtutis et tanq̃ premia ambicio possidet. Hec in effectu dicit Augustinus. Ex quibus verbis concluditur q; morales virtutes rempublicam manu tenuerunt. Atq; exin de colligitur q; vita spiritualis in huiusmodi moribus consistit & roboratur. Vnde Augustinus libro primo capitulo: xxxiiii. loquens de Scipione dicit q; non cen sebat ille: scilicet Scipio rempublicam esse felicẽ ruentibus moribus. Et eodem libro: capitulo secundo. Et Romani inquit decidẽrũt: non murorum casu: sed morum defectu. neq; igmbus eorum tecta ardebant. sed corda cupiditatibꝫ inardescebant. atq; presidendi potcius q̃ corrigendi voluntas romanos contriuit. Et qa quasi homo ciuitas est. huius value sunt sensus. ciues q; vires siue anime: quibus imperat voluntas. Debet igitur tanq̃ ciuitas moribus ornari. Quia sicut ait Seneca epistola: xl. Mos est mentis habitus ex quo singulorum operum assiduitas manat. Item Policratus libro quarto capitulo tercio dicit q; a virtutibus fiunt mores. et a moribus virtutes acquiruntur. Sed quia

multi vicia: prauos mores nō credunt propter assidui
tatem: vt ait Seneca libro de vita beata. Ideo absq; pu
dore homines criminibus seruiunt, virtutesq; non cu
rant acquirere. Et concludit idem Seneca q aliter est
agendum in via morum: & aliter in via pedum, quia
in moribus non est tuta via: quam sepius multi sequū
tur. sed in via pedum frequenter contrarium est. Et
si mores congruunt sapienti: maxime tamen principi.
Sed queso inquiramus: vnde principum corrumpun
tur mores. Est ideo enim q fastus & superbia hoc fa
ciunt. Nam si princeps humilis existeret: moribus flo
reret. sed superbia tollit sensum: moresq; corrumpit.
Vtinam attenderēt principes verba Darii loquentis
Alexandro. Vnde fertur in historia Alexandri quali
ter Darius vulneratus et in lecto positus Alexandro
dicebat. Fili Alexander vt plenius tua sapiēcia nouit:
totus mundus in corrupcione positus est. Sic enim di
uina prouidencia a principio ordinauit vt nihil esset
constans vel firmum. sed totum variacioni subiectum
Cum autem quis ad dominii ascendit culmen: vt non
iam hominem: sed deum se existimat: mox ad ima ruit
Et dum eius casum se meruisse nouit: et deorum be
nignitatem inuocauerit ne laqueum dissipacionis in
currat. subito deorū misericordia subleuatur. Et sub
ditur. Considera inquit fili mi quid fui heri: & quid
sum hodie. Heri nāq; rex regum & dominus dominan
cium vocabar. et nunc absq; potestate lugeo. quia va
na superstitione seductus diis volui assimulari. Consi
deranda eciā est ipsius Nabuchodonosor historia: qui
dum eleuaretur corruit. sensum perdidit. et tanq; bru
tum cum feris vixit. Tamen humiliatus postmodum
restitutus fuit. Ideo prophēta dicebat. Quoniam ini
quitatem meam ego cognosco. Absit igitur superbire
propter bona que in mundo sunt: in quibus nulla secu
ritas est. Vnde Bernhardus. Nusquam securitas est:

neq; in celo neq; in terra: neq; in paradiſo. Náq; de celo cecidit angelus de ſede maieſtatis. Adam cecidit de paradiſo voluptatis. Et de mũdo cecidit iudas de ſto la ſanctitatis. Humiliemur igitur conſiderantes diei finalis terrorem. Vnde Gregorius. Tũc inquit erit ſu perius iudex iratus: inferius chaos horrendum: a dex tris peccata accuſancia. a ſiniſtris infinita demonia ad ſupplicia trabencia. Interius erit conſciencia vrẽs: & exterius mundus ardens. Quid igitur faciet peccator Nam latere impoſſibile erit. et patere horribile. Ecce quanta humilitatis occaſio. De quodam rege legim9 in legendis ſanctoꝝ: qui cum vidiſſet duos Criſti pau peres: de curru deſcendit vt ipſos honoraret. Quod vi dens frater eius ipſum increpauit dicens q; non dece bat regem ſic humiliari coram pauperibus. Quo audi to rex iuſſit ſuis preconibus vt eum citarent cum fa milia & liberis. quod videns ille qui regem repreben derat: cum habitu humilitatis coram rege acceſſit cũ liberis & familia. Quem cum vidiſſet rex ait. O ingt ſtulte preconem fratris timuiſti. et licet non peccaue ris: tamen te humiliaſti ad verbũ preconis fratris tui vterini. Nunquid igitur precones pocins Ihesu criſti pauperes formidari & reuereri debemus: cũ de ipſis veritas ĩ euãgelio veritas dicat. Qui vos honorat: me honorat. et qui vos ſpernit: me ſpnit. et qđ vni ex mi nimis iſtis feceritis: mihi feciſtis. Humilis igitur no ſtra mens exiſtat. nullum ſpernat: ſed futurum iudicii terrorem concernat. Vnde Ieronimus. Siue comedã: ſiue bibam: ſemper illa vox vt mihi videtur reſonat in auribus meis. Surgite mortui venite ad iudicium dei Quia tamen domini & principes faſtum et ſuperbiam amant. ideo in ſuis auribus ſi reſonaret vox Zophonie prophete: humiliarentur. Dicit enim Zophonias capi tulo primo loquendo in perſona dei. In illa inquit die viſitabo ſuper principes et ſuper filios regis: et ſuper

omnes qui arroganter ingrediuntur ſuper limen ini-
quitate & dolo. Et ſequitur. Diſperierunt omnes in-
uoluti argento. et qui dicunt in cordibus ſuis: non be-
ne faciet dominus. Et ſequitur. Fortitudo eorum in
direpcionem erit: & domus eorum in deſertum. edifi-
cabunt domos: & non habitabunt in eis. plantabunt vi-
neas: et non bibent vinum. Et ſubditur. Conturbabo
homines et ambulabũt ceci: quia domino peccauerũt.
et effundetur ſanguis eorum. ſed argentum & aurum
eorum non poteſt eos liberare in die ire domini. Vti-
nam principes talibus verbis corrigerentur: moribuſ
q̃ ſuis rempulicam dirigerent exemplo Titi: de quo
legitur: qui tam modeſte rempublicam rexit: vt de ſo
la clemẽcia argui poſſet. Vnde mores principum pul
cerrime ſuadet Seneca libro de quatuor virtutibus:
capitulo tercio. Impone inquit concupiſcencie frenũ.
ede citra ſaturitatem. bibe citra ebrietatem. obſerua
ne in conuiuio aut in aliqua cõmunitate hos damnare
videaris quos non imitaberis. nec deliciis tibi preſen
tibus inherebis: nec non abſentes deſiderabis. Et ſe-
quitur. Odibilem hominem facit riſus: ſuperbos ela-
tos: ac eciam malignos & furtiuos. Si igitur riſus io-
cos exigit. hos tamen dignitatis ſapiencie gere. ſit tu
us inceſſus ſine tumultu. et quies ſine deſidia. adula-
ciones euita. nõ acerba: ſed blanda verba timebis. eſto
viciorum tuorum fugax. aliorũ vero nõ curioſus ſcru-
tator. docencium eſto facilis auditor. requirenti facile
reſponde. ſuperiores recte viuendo non timeas. ſenior
eſto iudicio q̃ ſermone. vita q̃ vultu. clemencior eſto
fame bone: neq; tue zizanitor: neq; aliene inuidus. ad
iram tardus. ad miſericordiam pronus. in aduerſis fir-
mus. in proſperis cautus. que noſti ſine arrogancia po-
ſtulati cõmunica. et que neſcis ſine occultacione igno-
rancie tibi poſtula impiri. Hec enim omnia licet non
eodem ordine: documenta ſunt Senece vbi ſupra. qui

bus modestia & morum honestas suadetur que princi
pibus maxime pertinere dinoscitur. Nam teste Ysido
ro. ix. Ethimologiarum. capitulo tercio. Rex dicitur
a regendo. nec est rex qui nō regit. In principibus igi
tur non ambicio: sed de subditis cura esse debet. Nam
teste Gregorio. xi. in mora. Hii principes vocātur qui
cogitacionibus principantur. Et ibidem. xxvi. Illi enī
principes sunt qui elacionis gloriam inclinant. qui li
uores mitigant. furores extinguūt. qui temptacioni
bus non cōsenciunt: sed regendo preesse nouerunt. Vn
de Oracius in carmine lirice: sicut narrat Augustin9
quinto de ciui. dei. capitlo: xiii. dicēs, Lacius regnas
auidum domando spiritum. Et Claudianus loquendo
ad Theodosium dicebat. Licet inquit late domineris
si tamen praua cupis. si duceris ira: seruicii iugum pa
cieris. Si auē tollis & leges interius feras: tunc omnia
iure tenebis. Insuper de Valerio imperatore octuage
nario legimus cum adhuc virgo esset: & sue felicitatis
premia recolī audiret: tunc ait. De vna inqt tantūmo
do victoria glorior. et requisitus que fuisset. Illa respō
dit. quia inquit inimicorum dominia: scilicet carnem
meam domaui & superaui. Hoc enim narrat Valeri9
ī quodam suo paruo tractatu. Illi igitur reges sūt qui
se regere nouerunt. Vnde Gregorius moz. iiii. Illi in
quit regnant qui corpora sua regere sciunt. qui desi
deria temperant: & cogitaciones legibus regulāt. Et
ideo ve terre cuius rex puer est. Scribitur Ecclesia
stici. xi. Nunc tamen principes seipsos regere non cu
rant: & regna regere se iactant. Et qui suos inimicos
se vincere dicunt: modica temptacione vincuntur. Vn
de Seneca epistola. lxxxxvi. Multi inquit hostem vin
cunt. sed vincuutur cupiditate. et cum agere videan
tur: eciam tamen ipsi aguntur. Et epistola centesima
de Alexādro loquens ita dicebat. O inquit victor tot
regum atq; populorum ira atq; tristicia succubuit. Et

omnia pro se in sua potestate habebat. sibi tamen imperare maximum imperium est. Insuper Ecclesiastici xxxviii. Si vis inquit omnia subicere: subice te racioni. Multos enim reges si te rexerit racio. ab ipsa enim discis quid & quemadmodū aggredi debeas. Et epistola. c. xvi. Animus inquit noster modo est rex: modo tirannus. Nam rex est cum honesta petit atq; corporis salutem querit. Sed tunc tirannisat quando turpia iubet & iura contemnit. Vnde Augustinus quarto de ciuitate dei. capitulo tercio concludit: q qui peccat: seruus est tot dominorum quot viciorum. Nā melior est qui dominatur animo suo expugnatore vrbiū: vt scribitur Prouerbiorum. xvi. De bono igitur rege potest dici illud Prouerbiorum secundo. Rex qui sedet in solio iudicii: dissipat omne malum intuitu suo.

Capitulum. xvi. De largitate principum.

VT dicitur Prouerbiorum. xix. Diuicie erogate addunt plurimos amicos. Et Policratus libro tercio capitulo: xviii. narrat qualiter Titus racione liberalitatis factus fuit amabilis: atq; sui patris auariciam tanta liberalitate curauit vt tota ei9 complacencia in largiendo foret, et tāto animo munera dare affectabat q vltra posse dona promittebat. Et cum redargueretur dicebat. Nemo inquit a facie principis debet recedere tristis. Vnde cū quadā die nihil contulisset dicebat. O amici mei hunc diem perdidi. Nullum enim vicium deterius auaricia: signanter in principibus: vt ait Tulius libro primo de officiis: capitulo. xxiii. Nempe largitas facit principes famosos et claros: vt ponit ibidem Tulius capitulo. xvii. Et Boecius primo de consola. capitulo quinto dicit q claros largitas facit. Moraliter igitur auferenda est auaricia de cordibus vt celestis glorie claritatem promereamur. Nam sicut liberalitas in seculo reddit homines famosos. sic largicio in Cristi nomine facta facit rape-

re celos. Reprobande sunt tamen plurimorum princi
pum largiciones stulte. Vnde Seneca libro primo de
beneficiis: capitulo secundo. Respiciende sunt inquit
facultates quas prestamus: atq; persone quibus dam?
Et reprobat largitatem Alexandri qui dedit vrbem
cuidam elemosinam petenti. Et cum ille diceret q̄ si
bi talis fortuna non conueniebat. Alexander respōdit
Non curo inquit quid te recipere deceat: sed quid me
dare congruit. Hec vox inqnit Seneca regia videt &
animosa: sed est stultissima. quia decet considerare qd
cui: quando: & quare largimur. Item Seneca ibidem
de nimia cupiditate redarguit Antigonum. Cui qui
dam cum peteret talentum respondit: q̄ plus petebat
q̄ decebat habere. Ille igitur videns se repulsum pe
cuit denarium. Cui Antigonus. Non decet inquit re
gem tam modicam rem dare. Itaque pro cauillacione
nihil se daturum concluſit. Si igitur Alexandri indi
gesta reprehenditur liberalitas. pocius Antigoni de
testanda est cupiditas. Nempe Tulius libro primo de
officiis: capitulo: xvii. dicit q̄ largitas debet exerceri
cum intencione ordinata: non ad iactanciam & pompā
sed ad profectum suscipiendum. Nam fatuam largicio
nem sequūtur rapine. Itaq; non sua sed aliena distribu
unt. Vnde Ambrosius libro primo de offi. Non est in
quit largitas si largieris vni: et alteri extorqueas. Et
subditur. Perfecta inquit largitas est necessitatibus
singulorum occulte subuenire: vt liberalem laudet os
pauperis: & non labia propria. Nesciat finistra tua qd
faciet dextera tua. Matthei sexto. Et tulius libro pri
mo de officiis. capitulo. xiiii. Ea inqt liberalitate vta
mur que prosit amicis. noceat nemini. Nihil enim libe
rale est quod non est iustum. Insuper Seneca libro pri
mo: capitulo. xiii. de clemencia. Non est inquit libera
lis qui est de alieno liberalis. Ceterum non sufficit de
suo dare proprio: sed congruit hilariter & libere dare.

Vnde Seneca libro primo de officiis: capitulo. vi. Beneficium aspere datum vocat panem lapidosum: quē esurienti capere necessarium est: tamen acerbum. Vnde Valerius libro quinto: capitulo primo narrat de legatis Carthaginensiū: qui cū venissent Romam ad redimendum suos captiuos: peccuniam grandem detulerunt. sed Romani captiuos exhibentes peccuniam respuerūt. vnde Carthaginenses Romanorū famam preconisabant dicentes. O magnificencia gentis Romane. nam beneficium accepimus quod nunquam dedisse mus. Vnde per liberalitatem Romani famam atq; dominia sibi conquestarunt. Sic pariter pauperibus Christi bona erogantes: regnū celorum sibi acquirunt. Itaq; liberalitas decens est in principe maxime. nihilque turpius in ipso auaricia. Vnde Innocencius sic dicebat Quid inquit prosunt tibi o frater diuicie. quid glorie quid leticie: cum non liberent hominem a morte: non defendunt a verme. non eripiunt a febre. Ecce qui iā sedebat gloriosus in aula: modo iacet despect9 in tumba. et qui vescebatur deliciis in cenaculo: modo consumitur a vermibus in sepulcro. Et subditur. Timeant igitur diuites illud Iacobi. Agite nunc diuites penitenciam. plorate in miseriis que aduenient vobis cum dicetur. Diuicie vestre putrefacte sunt. et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. aurum & argentū vestrum vastauit erugo. et in nouissimis diebus thesaurisatis vobis iram domini. et in luxuria enutritis corda vestra. Pauperes igit̄ Christi fame perierunt: quos nō subueniendo occidistis. Et ecce sanguis eorum clamat ad dominum de terra: et dicit. Vindica domine. sanguinem nostrum. Hec Innocencius. Nec tamen pena cōminata animum ab auaricia debet reuocare. quinymo secundum dictamen racionis honor preferri debet vtilitati. Vnde Valerius libro sexto narrat qualiter Alexander postquam habuisset victorias contra

Darium: sibi Darius misit legatos postulantes vt fili
am eius cum ducentis milibus talentis auri in vxorē
acciperet. atq; partem regni sui cum hoc. quod facere
Alexander recusauit. Quod cum vidisset quidam pri
ceps de familia Alexandri Permeon dictus dixit. Si
ego inquit Alexander essem: huic oblacioni consenti
rem. Cui Alexander respōdit. Si ego essem Permeon
acquiescerem. quia cum sum Alexander: ideo non ac
quiescam. Ex qua historia colligitur q̄ Alexander po
cius honorem q̄ cupiditatem amabat. Nempe auari
cia signanter in principe pessima est. Ideo Apostol9 di
cebat. Nec auaricia nominetur in vobis: que est idolo
rum seruit9. Et Ecclesiastes: xv. dicitur. q̄ diuicie cō
gregate in malū domini sui pereunt in afflictione pes
sima. Ideo Catho. Dilige denarium: sed parce dilige
formam. Quia scilicet peccunia non ad cupiditatem:
sed ad necessitatem exquirenda est.

Capitulum. xvii. De paciencia principum.

EXemplo apostoli secunda Corinthō. iiii. dicen
tis. In omnibo inquit tribulacionem patimur.
sed non angustiamur. aperiamur: sed nō desti
tuimur. persecucionem patimur: sed non delinquimur
Fratres confortamini i domino & i potencia virtutis
eius. Scribitur ad Ephesios sexto. Attendamus quan
ta fuit i antiqus paciencia animi atq; constancia. Mar
rat enim Policratus de cesare Augusto libro tercio: ca
pitulo: xvi. q̄ mire paciencie fuit. Vnde dicebat q̄ vir
habere debet in auribus diligēciam. in lingua tacitur
nitatem: & in animo quietem. Hec enim didici a iuuē
tute mea. Vnde Gregorius secundo moralium dicit q̄
princeps refrenare debet impacienciam ex considera
cione paritatis sue cum illis quibus preest. Vnde Se
neca libro primo de clemencia dicit q̄ princeps debet
cauere iracundiam que deformat hominem exteriorē
et cōfundit interiorem. Quapropter Seneca libro pri

mo de ira. Nihil inquit eque profuit iratis sicut intueri suam difformitatem. Nam ira facie turbat. ora pulcerrima defedat. curuos vult9 ex tranquillissimis reddit. omnisq decor relinquit iratos. Et ideo vt ait Sixtus q iratos profuit aspexisse speculum: vt imago repercussa ostenderet homini suam difformitatem. Quoniam ira iusticiam dei non operatur: Iacobi primo. Decet igitur in tribulacionibus constanter manere: vt sit fortitudo & decor indumentum eius. atq verificetur illud Ecclesiastici. xlvi. Vsq ad senectam permansit illi virtus. Etenim in libro de vita cesaris legit q Cesar pacientissimus fuit. atq de sibi dictis iniuriis vindictam non egit: sed dissimulauit. atq cum suos aduersarios subiectos habebat: sepius pepercit. Nam vir nobilis audiens improperia: debet cogitare eorum stulticiam seu ignoranciam: vt ponit Seneca libro tercio de ira: vbi narrat q cum Imargines historiarum scriptor quedam contra cesarem scripsisset: monuit cesar q sermone moderaciori vteretur. quod facere renuebat. nec tamen cesar se vindicauit. sed solum domum suam interdixit. Et ideo concludit Seneca. Non qui offendit fecit quod voluit tanquam inimicus. sed qui prudes erat alieue stulticie remisit. Insuper Seneca de mira paciencia Antigoni narrat ibidem. qui cum multa improperia audiret dicebat q militem decebat non solum certare baculo: sed eciam animo. Viriliter igitur agite: & confortetur cor vestrum omnes qui speratis in domino: Iuxta prophetam. Quid prodest ira: animum suum affligere. Qui enim sapiens est: discit patienec de leui mouetur.

Capitulum. xviii. De legibus principum.

Sine legibus pollicia regulam nescit. Vnde Romani suis legibus suā polliciam sublimarunt: vt ponit Policratus libro sexto: capitulo. xii. Et Tulius in prima sua rethorica libro primo ait: q

omnes leges ad comodum reipublice referende sunt. Et sicut medicina corpori ꝓdest. sic reipublice leges. Insuper Ambrosius in suo exameron: omelia quinta dicit ꝙ reipublice est vsus esse cōmunes atq; obseruari deuocione cōmuni. patres reuereri quorum cōsilio respublica gubernetur. nec tamen leges sunt quibus mala imperantur. Quoniā lex est recti precepcio: prauiq; depulsio. vt ait Tulius de natura deorum. Vel lex est ius scriptum asserens honestum: prohibens contrarium: vt ait Gracianus. Nam lex est interpres equitatis: rerūq; diuinarū & humanarū compos: vt ait Crisippus. Ea propter veteres legibus pollicias regulabant. Sicut Solon & Ligurgus. Sed crescentibus viciis leges perierunt. vt ait Seneca epistola. lxxxiiii. Vnde Augustinus libro primo de ciuitate dei. capitulo. xvi. Et Agellius libro primo narrat ꝙ apud Athenienses leges Solonis in asseribus ligneis incise erant vt sempiterne manerent. Nam leges sunt sicut capistrum vel frenum: vt ait Crisostimus super Johānem: omelia. xxxvi. Nunc tamen vnusquisq; voluntatem ꝓ lege capit. Abusio tamen maxima est: populus sine lege: vt dicitur in tractatu de. xii. abusionibus. Ille populus sine lege est: qui licet legem se habere profitetur. diuinam tamen censuram non imitatur. Quia teste Augustino libro quarto de ciui. dei. capitulo sexto Omnis lex est inanis: nisi ipsius censura diuine legis imaginem gerat. Quapropter diuina sapiēcia prouerbiorum: viii. ait. Per me inquit reges regnant. et legum conditores iusta discernunt. Fidelium igitur ciuitas lege diuina regulet. quia tunc ciuitas est dei: quando rex est veritas. lex est caritas: et mod9 ē eternitas. Inquit Augustinus epistola quinta. Sed ciuitas tunc est dyaboli: quando rex est mendacitas. lex est impietas. et modus est instabilitas. Huius enim ciuitatis ciues sunt impii homines: qui lege diuina relicta: vti

litatē equitati preferunt. Sed lex diuina licet sit vna omnibus. tamen sufficit q multiplex est in fructu & virtute. Vnde Iob. xi. Multiplex lex eius. Ipsam tamē plures sufficere non putant: aut ipsius obseruanciam spernunt. sicut Athenienses qui licz haberent optimas leges. maluerunt tamen suis moribus q legibus vti: vt ait Valeri9 libro quinto: capitulo tercio. Tales enī sūt sic tēle araneaz que animalia infirmiora detinent sed validiora abire permittunt. quia tales condunt leges quas iubent obseruari: sed ipsi obseruare nolunt: p vt ait Valerius libro septimo: capitulo primo. quia eorum leges solū pauperes opprimūt: & diuites in suis maliciis non puniunt: luxta illud prouerbiorum: xvii. Qui iustificat impium: & condemnat iustum: abhominabilis est vterq apud deum. Legibus igitur ipsius Christi regulemur in presenti vita dum viuimus.

Capitulum. xix. De consilio principum.

Princeps abq cōsilio plebē faciliter dissipabit p Nulla enim pollicia absq cōsilio prosperari potest. Vnde Tuli9 libro de officiis capitulo: xxii Modica inquit sunt arma foris: vbi consilium interius fuerit. Et ibidem concludit q ciuitati Athenienssium plus profuit consilium Solonis q victoria Themistidis. Insuper Seneca de tranquillitate animi circa principiū dicit q ille sol9 reipublice nō pdest qui de pace vl de bello curat: si q iuuentutē exhortatur atq bonis preceptis virtutem instituit: atq ruentes ad luxuriā seu pecuniam retrahit. Et Tulius libro de senectute: capitulo tercio: consules comparat illis qui regunt naue. Sana igitur & matura imitāda sunt consilia que in senibus reperiuntur vt frequenter. Vnde Roboam dereliquit consilium senum: et iuuenum adhesit consilio. et ideo regnum amisit: vt dicitur quarto regum: xii. Nam in antiquis est sapiencia: vt dicitur Iob: xi. Narrat enim Valerius libro sexto: capitulo primo de

quodam sene: cui iuuenis minabatur dicens. Plures in quit gladios habeo. Senex autē respondit. et ego multos annos. quasi diceret. ideo te non timeo. Insup Augustinꝰ epistola: xviii. ad Dioscorum narrat de Themone philosopho qualiter habitu simplex erat. accidit tamen vt rogaretur qualiter vellet canere cum lira: sicut olim facere mos erat. qui recusauit se nescire dicens. Cui mulier quedam ait. Quid igitur nosti. Respondit. Rem inquit publicam ex parua noui facere magnam. Non igitur leuia sed matura sunt querenda consilia. Quia teste Tulio libro primo rethorice: capitulo: xxiii. Prudentis est bene consiliari. Et cōmentator dicit qꝙ bona consiliacio est habitus conjecturatiuꝰ secundum raciocinacionem operabilium. Et bonus cō siliator dicitur ille cui talis habitus ineſt. cuiusmodi est homo iustus & sapiens. Vnde sexto ethicorū dicit qꝙ homo est naturaliter consiliatiuus. non tamen qui cūqꝫ: sed qui sapiens est ille consulere nouit. A sapiente igitur perquire consilium: vt dicitur Thobie quarto. et non ab insipientibus: vt dicitur Ecclesiastes: viii Cum stulto consilium non habeas: vt dicitur ibidem. Vnde Prouerbioꝝ: xxiii. Astutus omnia agit cum cō silio. Et Seneca in tractatu de virtutibus sic inquit. Si prudens esse cupis futura prosperitate. et quomō possunt contingere: animo intende. nihil tibi subitum sit: sed totum ante prospicias. Qui enī prudens est nō dicit. Non putaui hoc fieri. non enī dubitat: sed expectat. non suspicatur: sed cauet.

¶ Capitulum. xx. De militibus.

Militibus eo pacto virtutes competunt quo milites interpretari volunt. Miles enim vir est quasi ex mille electus. Sed qualis electio erit nisi virtutibus floreat ipse qui tot homines precellit. Militibus igitur virtutes competunt tam corporis et mentis. vt corpus in bellis valeat: et mens bona proui

dencia dirigatur. Et quanq; omnem virtutem militē habere decor esset. quasdā tamen sibi congruere legimus. Decet enī militē fore strēnuum & promptum ad licitos & honestos labores: Iuxta illud Quintiliani causa sexta. Labori oportet insistere vbi effectus promittitur. quia naturalis est fauor pro laborātibus: vt inqt idē Quintilian⁹ li. iiii. de oratoria īstitucione. Vnde Seneca ad Lucillium. Generosos animos labor nutrit. nec est viri timere sudorē. Nā mollicies est fugere laboriosa: vt inquit Aristotiles tercio ethicorū. Vastant ergo milites huius tēporis: in quibus nō strēnuitas: sed mollicies est. Loco galee pileum castoreū accipiunt. Pro lancea baculum sceptro similem. pro armis vestes rubricatas & politas. et omnem milicie laborē ad voluptatem transtulerunt. Verūtamen teste Virgilio in Georgicis: libro primo. Labor omnia vincit. Et Matth. in Thobia. Est carnis cultura labor caro nuda labor. Fit sterilis spinis obsita messis inops. Vere autem milites ocioſi ad labores tardi. Nam teste Valerio libro: viii. Ocium industrie maxime videtur contrarium. Itaq; milites exercicio frequenter debēt abilitari: vt laboribus subesse non ita timeant. Nam teste Gamfredo in poe. Ars tritos: vsus promptus mutacio reddit. Artifices aptos tria concurrencia sūmos. Et Ouidius quarto tristium. Ingeniūq; meū longe rubigine lesū. Torpet et est multo q̄ fuit ante min⁹. Fertilis assiduo si non remouetur aratro. Nil nisi cum spinis gramen habebit ager. Contulit ingenium penitēcia longa maloꝝ. Que verba inuunt: exercicio indigere volentem fieri virtuosum: eum precipue cuius vacacio milicia est. Vnde magister Zeylo. Laborare nec cessēs: aderunt post semina messes. Post lacrimas risꝰ post exilium paradisus. Fle si solari: ieiuna si saciari. Da si ditari serui si vis dominari. Vnde Tulius i tus. questionibus: libro primo. Grecoꝝ ingt puerbium est.

Quam quisq; nouit artem: in hac se exerceat. Erubescant igitur nobiles pigri & pusillanimes quibus non est mos prelia: sed edia sequi. Non irruunt contra hostes: sed proximis emulanē. Castra vi nō capiunt: sed seminas & puellas violare non metuunt. vitam nō exponunt pro reipublice defensione. sed pocius breuiant dies ex gula & cōmessacione. Non petūt naues vt trā seant flumina: sed nauium vite odorifera poscunt balnea. Non se vento exhibent aut pruine. sed vmbram domiciliorum sectantur. Hiis enim modis exercicium milicie pretermittunt. Rursus militantibus congruit vt sint fideles. In hoc enim milicia fundata est: vt nulla fraude vitupereē. Vnde in prouerbiis sapientum dicitur q; eciam hosti congruit tenere fidem. Qui enim fidem pdidit: nihil potest vltra perdere. Et Quintilianus causa tercia. Non habet inquit causam loquendi: cui credi non potest: aut cui ablata est omnium verborum fides. omnisq; sermonis auctoritas. Abscedāt igitur hii qui se dicunt nobiles: et tamen fraudibus infidelitatis sua prelia exercent. quod promittūt: minime tenēt. Verūtamen teste Tulio libro primo de officiis: Fundamentum primum iusticie est fides. Et Seneca ad Lucillium epistola. lxxxvii. Fides est sanctissimū humani pectoris bonum. nulla necessitate cogitur ad fallendum. nullo premio corrūpitur. Vnde refert. Valerius libro septimo. q; cum Fabius pactionem cū Hannibale fecisset: vt captiui mutuo redimerentur: & nō nēcarenē. accidit vt Hanibal multos ex suis recepisset quos redimere vrbs Romana recusauit. et ideo aruū cum frumento vendidit vt Hanibali parcium pactum fideliter transmitteret. Vnde Valerius libro. viii. Bone fidei venditorē: nec cōmodoq; spem augere: nec incōmodoq; cognicionē obscurare oportet. Et libro. ix. Occultū & insidiosū malū est perfidia: cuiq; vires sūt mentiri & fallere. nephariisque vinculis circūdat. et

tantum incomodi fert humano generi: quantum salu-
tis bona fides prestat. Nihilominus teste Salustio in
Iugurtino. Paucis carior fides q̄ pecunia. Omnes ete
nim fideles esse honestū est. Illos tamen precipue quo
rum status militaris, quoz vacacio est rempublicā de-
fendere. Nempe tales si fidelitate careant: nimirum
si eoz hostes fidelitatem eis non teneant. Itaq; perdi-
cio vtranq; partem pugnācium fugabit: vnam vi. aliā
,pdicione. Et sic absq; fidelitate nulla fiet defensa. sed
vndiq; gigneē offensa. Audiui etenim sepius quoddā
genus hominum fidelitate carere. Mirum est igitur
oppositi milites fidelitatem in eis expectant. Infini-
tis nempe ,pdicionibus fraudati sūt ab eis: in quibus
cōfidere non cessant. Vnde Tulius in rethorica prima
Sūma inqt clemēcia est in eoz fide spem habere: quo
rum perfidia tociens deceptus sis. Heu heu nusquam
tuta fides Inquit Virgilius quarto Eneid. Et Luca
nus. Nulla fides regni sociis. Et subdit. Nullis credi
te. Et Ouidius libro de ponto. Et cum fortuna stat ca
ditq; fides. Quia scilicet multi extra manus hostium
positi: promissa obseruare contendunt. Nihilominus
nulla grauior est infamia: nullum peius infortunium:
q̄ infidelitatis habere nomen. Nec sapiens miles tan-
tum odit hostes fideles: quantum cōmilitones infide-
les. Vnde Ouidius libro primo de arte amandi. Red-
dite depositum pietas sua federa seruet. Et Lucanus
libro: viii. Ardua quippe fides robustos exigit annos
Tanquam diceret: q̄ robustus animus fidelis est. sed
fragilitatis & nimie iuuentutis est frangere fidem.
de qua Arator libro secūdo. Hec ē vera fides quā lex
imitaē amoris. Mediisq; tenebris atq; radicata fides.
Fit laurea iustis ex precio quod terror agit. Mensu-
raq; virtus crescit in aduersis. Que verba nihil aliud
sonant: nisi q̄ nulla ex causa frangenda est fides. sed fi
delitas in aduersitate probatur & crescit. Et sicut mi

lites fideliter obſeruare debent quod promittunt. Ita attendere debent ne a captiuis aliud ſ petrant qđ infidelitatis occaſionem exhibere poſſit. Attendāt eciam ne mala occaſione quoſcp inuadāt. Nam genus infidelitatis eſt nō ſolum a ꝓmiſſo recedere: ſed eciam friuole aliis inſidiari: aut proximos pre aliis emulari. Heſito enim an titulo prauo pugnātes in hoſtibus fidelitatem reperire mereantur. aut vtrum ꝓmiſſa obſeruare teneantur. Sic enim eſtimo vt quancp arbitror fidelitatem ſemper bonam eſſe atq; laudabilem. Quia quicquid non vicioſū ꝓmittitur: iure teneť. Nihilominus tamē iuſto dei iudicio fit: vt qui inique & abſcp ratione preliantur: in promiſſis decipiantť. Itacp eſtimo hoc illos mereri. difficile eſt tamē vt credā alios in ꝓmiſſis non teneri: vbi ꝓmiſſum vicio caret: vt prefertur. Eſtimo eciam cp conſciēcia hos nō obliget. Hoc tamē vult milicia vt fidelitatem in omnibus obſeruare nominetur. Attendant igitur milites vt iuridice prelia ſuſcipiāt. Vnde Ouidius libro de arte amandi. Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem. Arma cp iarmatos ſumere iura ſinunt. Et libro primo ſine titulo. Sepe ſepatus inuadere ꝓficit hoſtes. ſcilicet iuridice Et libro ſecundo. Pigra reluctanti ceſſat in hoſte manus. Et tercio triſtium. Pugna ſuum finem cum iacet hoſtis habet. Attēdat autem miles ne de ſe aut in ſuis confidat. eciam ius ſi habeat. Quia teſte Cathone Victorem a victo ſepe ſuperari videmus. Et Claudianus ſ maiori. Sepius ſcaute nocuit victoria turbe. Sit eciā miles animoſus ſ iure ſuo: luxta illud Ouidii ſ epiſtolis. Nō faciūt molles ad fera tela manus. Certamē premia magna mouet. Milites igiť iure ſuo faueāt fideliterp preliantť. alienocp iure minime derogēt: ne ſ fidelitas inde oriatur. Que enim tibi milicie gloria ſi patriam propriā inuadis. ſi exira vel ſuperbia preliari concitaris. aut ſi ꝓprio opere vinceris. aut ſi maius

damnum ex casu q̄ comodū ex victoria sperare videaris. Nomine enim comodi nō solū facultates: sed eciā famā & honorem intelligi puto. Nempe qui ex predictis causis prelia susceperunt: quoz opus iure laudeq̄ caret. Quia teste Tulio ī Anthonium. Omnino nulla causa iusta est cuiq̄ contra propriū pugnare. Et idem Tulius pro Marcello. Iracundia inquit & supbia consilio inimica est. Cuius occasione prelia fieri non debēt Rursus in ꝓuerbiis sapiētum dicit q̄ bis punitur qui ꝓpriis perit. Diu igit̄ preparādum bellum est vt vincas. Ceterum Suetonius libro secundo de xii. cesaribus: Augustus inq̄t cesar preliū suscipiēdum omnino negauit: nisi emolimēti maior spes q̄ damni metꝰ ostēderet. His itaq̄ allegacionibus clare patet pugnam iusta racione tantūmodo assūmi debere. Itaq̄ felicitas nō solū in ꝓmisso: sed eciā in aggressu circūspiciēda ē.

Capitulum. xxi. De fidelitate militum.

Milicia dedecus patitur: nisi fideliter exerceat. Et in milite nil pulcrius est q̄ fides eius: non solum erga homines: sed eciam maxime attēdere. habet vt sua milicia deo subseruiat. Nullꝰ enim miles tantum principi: quantum deo teneat. Attendāt igit̄ milites dominis suis fideles vt sint: deo non tamē neglecto debere existere. Vnde Policratus libro primo: capitulo quinto dicit q̄ duo sūt precipua ī milite. scilicet electio. & sacramentū: vt scilicet federis promissum teneāt. Et Vegecius de re militari loquēs dicit q̄ tocius reipublice in hoc cōsistit salus: vt tyrones scilicet milites: nō tantum corporibus: sed eciam animo prestantissimi compareant. atq̄ iuramēta sua principibus obseruēt. Verū tamen est q̄ milites prīcipi tē porali pocius q̄ deo fidem seruāt. Vnde prochdolor illa sollemnis consuetudo inoleuit: qua fiebat vt quilibꝫ miles ipsa die qua miles fiebat ecclesiam ingrederet: atq̄ gladio sup altari posito & oblato sollemniter iura

bat q̄ pro defensione fidei certare: & deo perpetue famulari vellet. Vnde Vegecius libro quarto capitulo primo narrat quomodo milites deo iurare debeāt: suo q̄ principi per deum: scilicet de fidelitate seruanda. Narrat enim tuliꝰ libro primo de officiis. capitꝰo: xi. quomodo Pompilius imperator filiū Catonis ī suo exercitu admittere noluit: nisi prius cum sacramento fidelitatem sibi iuraret. Hec autem omnia dicta sunt: quia fideles: scilicet milites Cristi vsq̄ ad mortem certare debent. vt scilicet eciam ꝓtegat ecclesia: et legis cristiane veritas ꝓmulgeē. Vnde Policratꝰ libro. vi. capitulo. vii. Huius inquit milicie est ordinate tueri ecclesiam: & perfidiam impugnare: sacerdocium venerari. pauperem defensare. iniurias placare. et si opus est animam ponere: vt scilicꝫ de illis verificetur illud prophete. Gladii ancipites in manibus eorum. Nunc tamen hominum milicia fidem cristianam non fouet. sed pocius deprimit. Verū tamen legimus. apud antiquos hūc morē habuisse. quia scilicet milites hostiam diis consecrabāt. Vnde Valerius libro tercio: capitulo secundo de Iulio cesare narrat q̄ ꝓhibuit spoliare templa. et ideo per biennium mansit inuitus: donec prefūpsit insurgere cōtra deos Appollinis: atq̄ inuadere templū Delphicum. Idē eciam narrat Policratus vbi supra. Item Egesippus narrat quomodo nō ꝓmisit spoliari templa. et ideo sibi pepercit Alexander. Ex his patet q̄ milicia ecclesiam debet defensari. Moderni tamen milites coram mulieribus de bellis narrant. et coram simplicibꝰ de victoria illustrium militū se iactāt nec tamē habēt bellādi vsū vel artē. quia lasciuie pocius q̄ milicie intendunt. Verū tamen lasciuia miles eneruat: vt docet Seneca epistola: liii. Vnde ibidē ait q̄ indurandus ē militis animus. et eciam blandimētis voluptatū ꝓcul abstrahēdus. Nempe Hanibalē induratū visibus et laboribus: fomenta eneruarunt. Armis

inquit vicit :fuit tamen viciis victus. Attendendum est igit̃ quomodo Gedeon cũ tricentis viris qui aquã non biberunt:sed curuatis genubus diutissime penam sustulerunt. Ipsi tamẽ victoriã obtinuerũt. Sic enim milites non in voluptatibus neq; in laboribus exercere debẽt miliciã: vt tanq̃ aĩalia diuisa sint in ꝑpetuũ signũ federis. ¶ Capitulũ. xxii. de bellis exercẽdis

etas⁹q; Neronem. Si pertinacia cũ manicheis arrianos
concussit. Non ergo iuuenem decet principari. Vnde
Propheta. Super senes intellexi quia mãdata tua que
sui.

¶ Capitulũ viii. De Iuuenib⁹ & eor⁹ statu.

Vuenes talem vitã ducere debent in post⁹. qualem
ducere in exordio inceperunt. Ipsis igit maxime expe
dit moribus intendere bonis. & virtutes adipisci. bo-
nis vsibus & disciplinis. Vnde Seneca libro de morib⁹
dicit. Educacio & disciplina mores facit. & id sapit
quisq; quod didicit. Vnde Quintilianus libro primo.
Parentes alios⁹q; corrigit filios qui suos nõ instruerẽt
Vtinã inquit liber⁹q; nostr⁹q; mores non ipsi perdere
mus. Infanciã enĩ statim deliciis soluim⁹. molliscq; edu
cacio quam indulgenciam vocamus. mentis pariter et

corporis vires frāgit. Et idem Quintilianus libro ii. Ingenia inquit puerorū nimia seueritate emēdacionis deficiunt. quia sicut ex defectu correctionis neq; fiūt. sic ex nimia seueritate obscurantur et desperant. dum omnia timēt nihil conanē. Modeste igit erudiendi sūt Nam teste Ouid. de arte amandi. In puero est etas mollis & apta regi. Ingenium celeste: suis velocius annis surgit. Et idem in epistolis. Teneros ledunt iuga prima iuuētus. Frenaq; vix patiē: de grege captus equus Sic male vixq; subit prios mores rude pectꝰ. Quia de difficili doctrinā suscipiunt homines rudes & annosi. Ideo cōgruit in etate tenera doceri. Vnde Horacius i epistolis. Quo semel est imbuta recens seruabit odorē Testa diu tractari mollius etas imbecilla solet. Quibꝰ verbis aperte cōcludit etatem iuuenilem discipulis aptissimam fore Sed prochdolor Seneca testeī declamacionibus li. i. Turpent ingenia desidiose iuuētutis. nec labore regulant: cantādi salutādiq; obscena studia. effeminatos tenent. Capillum frangere & ad muliebres blādicias voces extenuare: mollicie corporis cū feminis certare. & immūdissimis rebus se extollere nostrorum adolescētum mos est. molles enerueq; nati in vicio manent. expugnatores sūt aliene pudicicie negligentes sue Huiusmodi sūt eciā hui9 temporis iuuenes frequenter. talibusq; surdidanē. in quibus nullus est pudor sed inuerecūde turpitudines suas faciūt. Verū tamē teste Seneca ad Lu. ep̄. xi. Verecūdia inquit bonum in adolescente signum est. Sed vnde tanta dissolucio iuuenum procedit. Parentū nanq; atq; rectorum suoꝝ exempla turpia impios efficiunt illos. Porro enī difficile est iuuenē immodestū & iniquum esse. si cum bonis & honestis nutriaē viris. Vnde Tul. li. ii. de officiis. Prima inquit adolescētis cōmendacio proficiscitur a modestia & disciplina parentum suoꝝ. & de facili in bonum deflectit. si cum bonis & honestis assidue

fuerit. Verum q ipsi adolescentes bonos viros ut com
muniter fugiũt quia redargui recusant, sed eos qui re
gere habent verberibus aut minis domare ipsos tenẽ
tur. dum tamen modus in omnibus teneat. Vnde Vir
gilius in Geor. li. iii. Hortari nanq; insiste domãdi nõ
cesses. dũ faciles animi iuuenũ dum mobilis etas Tũc
enim maxime sũt dociles quando sũt tenerrime etatis
sed libido & lasciuia ipsos infestat. & quã debent deo
exhibere iuuẽtutem veneri ĩ suam perdicionẽ offerũt
luxta illud Ouidii ii. de fastis. Cum iuuenilibus an
nis luxuriant. Et idem li. i. sine titulo Militat omnis
amans et habet sua castra cupido. Que bello est humi
lis veneri q cõuenit etas. Et Claudianus ĩ minori. Te
neris est lubrica moribus etas. O vtinam iuuenes ad
uerterent suam perdicionẽ luxuriam fore. qua totus
homo destituit. Et si libidini quis iuuenis hereat: tur
pi vita: pollutaq; infamis fiet. Sed reuera teste Sene
ca in troiade. Iuuenile vicium est regere non posse im
petum. Hoc enĩ idem vicium iuuenile. quia carnis im
petibus vt plurimũ solẽt iuuenes obtemperare. Si enĩ
iuuenis es: si anxuaris carnis molestia. aut mores si ig
noras cõsilia prudentum querere quibus cõuersare vt
dirigas. Vnde Sidonius in libro epistolari iii. Pluri
mum inquit laudis est si iuuenes moribus se applicant
& quociẽs de negocioz meritis ambigunt: ad peritoz
consilia recurrunt. Hoc tamẽ facere negligunt. sed in
spe vite diuturne desides fiunt. & sue pulcritudinis
occasionem abusus quã plurimos peragunt. Sciant ta
men q eoz pulcritudo vanitas est. Vnde Secũdus phi
losophus. Quid est pulcritudo: flos marcidus: carnalis
felicitas: humana cõcupiscẽcia. Et Seneca in ippolito
Res est forma fugax. Et ad Lu. epõ. xviii. Cogito in
quit mecum: quã imbecilles sũt bii quoz lacertos hu
meros q miramur. Et Petronius. Raram facit mixtu
ram cũ sapiencia forma. quia sc3 pulcritudo nihil facit

ad sapienciam. Igit fertur Aristotilem dixisse. q lin-
ceis oculis homines vterent: ut melius viderent: & cō
pus penetrarent. Tūc circūspectus viscerib: eciā pul-
cerrimum corpus turpissimum videret. Ideo Boecius
tercio de con. Te inqt pulcr videri nō tua natura sed
spectāciū oculoz facit infirmitas. Cur igit iuuenes
in sua pulcritudine gloriant: cur inde supbi fiunt: qui
non ipsi pulcri: sed eoz pellis forsan venusta est. Vnde
Oui. xii. metha. Forma bonum fragile quando cumq;
accedit ad ānos: fit minor specie & carpit ipsā suo nec
viole semp nec lilia candida florent. Et idem Ouidi9
iii. tristium. Ista decens facies longis viciabit annis.
Rugaq; in antiqua fronte senilis erit. Cunq; aliqs di-
cet hic fuit formosus dolebis. Et speculum mēdax for
mabis esse tuum. Vnde Scalpharius in bucolicis. Nō
hic semp eris perdūt & gramina flores. Perdit spina
rosas nec semp lilia candent. Donum forma breuis est
Quibus attētis de sua pulcritudine supbire sapiēs nō
habet: nec iuuenes ī suo decore aut vigore gloriari de
bent: & in vite diuturnitate sperare non debent. Vn-
de Tuli li. de senectute. Frustra igit sperat adolescēs
vel. pmittit se diu victurz. Quid enim est stulcius q; in
certa. p certis habere. Facilius enim in morbos adole
scētes incidunt: grauius egrotant tristius curant. & ī
hoc melioris condicionis est senex: quia qđ sperat ado
lescens senex iā consecutus est. Ille enim vult diu viue
re: & ille diu vixit. Absit ergo vt quis iuuenū glorie
in his muneribus que caduca sūt: sed viuāt cum timo-
re dei: prudentes imitet: parētibus obediat: & in mo
ribus viuere assuescat: in quib perseuerare honestū ē
Nam iuuenes cum senuerint eam volūt ducere vitam
quam in iuuentute ducere consueuerunt. Ipsis igit cō
gruit a primeua etate: eos mores quos in pcstez tene
re ipsos libeat. Vnde Eccle. xi. Letare iuuenis in ado-
lescencia tua: & in bonis sit cor tuū in diebus iuuentu

tis tue. Nam in his delectari est nobis naturale in qui
bus ī infancia delectari incepim9 vt patet quīto eth
Ideo Eccle. xxv. dicit Iuuentute tua inqt non congre
gasti quasi dicat q̄ non inuenies. Ideo sapiens ꝑuer. v
dicit. Ne des inqt alienis honorem tuum: & annos tu
os crudeli: ne forte impleant extranei viribus tuis c9
contrarium plurimi faciunt iuuenes qui suis tantū do
minis temporalibus famulari student: & ꝑpriam dese
runt salutem: & suis obsequiis dominos impugnāt su
amq̄ animam damnāt. Iuuenes igit mores acqrēt qui
bus insistere in senectute desiderāt: qui etiam sani sūt
bene operant ad diem extremā differāt. Vnde Gre. in
suo pastorali li. ii. ca xiii. Amonēdi sūt inqt incolomes
vt saltem corpus exerceant ad salutem mentis. ne ac
cepte incolumitatis graciam ad abusū inclinent: ne eci
am deteriores fiant: aut ne oportunitatem salutis pro
merēdi despiciant. Nēpe si peccatis nulla debet pena
aduc plurima vicia ꝑpter corporis sanitatē sūt vitan
da. Vnde Seneca epistola. xcix. Multos inqt morbos
multa fercula ferūt. Et medicina quōdam paucaq̄ bē
baq̄ sciēcia fuit: sed postmodum mille inuēte sūt cōdi
ture vt auiditas castermargie exercitari posset Mā de
siderātibus alimēta egritudines cōtingunt: nūc pallō
nunc neruorum vino madencium tremor: nūc oculorū
nūc auriū enormitas: & innumerabilium fetoq̄ onera
crapula gignit: quoniam ꝑpter crapulam multi obie
runt: & qui abstinēs est adiciet vitam

Capitulum. ix. quomodo debent viuere coniuges in amicicia

APostolus dicit Ephe. v. Viri diligite vxores
uestras sicut cristus ecclesiam. Nēpe veteres
in coniugio eciam vsq̄ ad mortem se amaue
runt. Vnde narrat Vale. li. iiii. ca. v. q̄ Cra
chus Corneliam vxorem suam intātum dilexit q̄ pro
ipsa a morte liberanda mori voluit: atq̄ seipsū īteritu

serpentis occidi precepit: qa sibi aruspex seu diuinatō
dixerat suam vxorem a morte aliter liberari nō posse
Idem narrat ibidem q̄ Culpacius audita morte vxo-
ris gladio pectus suū percussit. Narrat eciam ibidem
q̄ Emplacius vxorem suam tantum dilexit: que cū de
cessit postulauit vt sibi nūgereť: atq̄ pariter cum ipsa
cremareť. Ecce quanta viroꝝ dilectio. Sed nunqd fe-
mine viros sic amauerunt. Narrat enim ibidem Vale
vt cum Iulia filia cesaris vidisset vestē sui cōiugis sci
licet Pompey magni conspersam cruore: ipsa territa
metu: ne sibi facta violencia fuisset: partum quem in
vtero habebat pre nimio dolore emittere coacta fuit
Narrat enim ibidem Valerius q̄ Porcia filia Catho-
nis cū vidisset virū suū scz Brucū interemptum: ferrū
postulabat vt seipsam interficeret. & quia ei non da-
batur ideo carbones ardentes ore haurire non dimisit
& nouo genere mortis consūpta est. Ibidem eciam de
vxore Methidraci regis legiť que virū suum intātum
dilexit q̄ seipsam in habitum virilem trāsformauit tō
sisq̄ capillis suum decorem ex toto aspreuit vt sui con
iugis periculis interesse posset. Vnde cum Methidra
cus a Pompeio fuisset deuictꝰ ipseq̄ fugeret eiꝰ vxō
semp insecuta fuit: suiq̄ viri persecucionem alleuians
per oīa consolata fuit. Si igiť gētiles in coniugio tātā
amiciciam seruauerūt. Nunqd igiť fidelibus est opor
tunū vt i eis amicicia reperiať Nā ꝓsperitatis aīcicia
mater est. Fedus enim coniugii ab amore inchoať: et
amore manu teneť. non quidem amore voluptatis sed
gratifice societatis: sub spe obtinēde prolis. Vnde hu
go li. i. parte secūda de sacramētis ca. vii. inqt. Bonū
coniugii est ut spes prolis deuote expectet: a māter su
scipiatur religiose nutriať. Et ibidem ca iii. Institucio
inqt cōiugii ante peccatum fuit ad officium vt natu-
ra multiplicareť sed post peccatum est ad officium &
ad remedium. Ad officium vt proles habeať: & ad re

medium vt vicium euitet. Merito ergo Apo. prima Corinth. vii. dicebat. Qui habent vxores sint tanquā non habētes: quia scilicet nō libido sed proles queren da est. Vnde Ibero. contra Iouinianum. Vir ideo debz amare vxorē vt non ferat ad uoluptatis impetū quia nihil fetidius est q̄ vxorem diligere sicut adulteram. et narrat ibidem de quodam qui vxorē suam tantum diligebat q̄ eius presencia carere non poterat. & ido dicit Ibero. Origo amoris honesta sed magnitudo de formis quasi diceret q̄ coniugium honestū est: sed tal amor vilis est Cōmemoremus enim vetez castitatem Narrat enim Vegecius li. ii. de continencia Alexādri q̄ cum fuisset ei tradita virgo pulcerrima: cuidam ta men principi desponsata illam nō aspexit: sed cum do nis ad vxz suum remisit: & exinde omnes principes si bi recōciliauit. Similiter eciam narrat Valeri. de Sci li. iiii. dnsup eciam de Zenocrate philosopho qui cum esset apud athenienses cuidam puelle pulcerrime no bilium vsui deputata. Quidā nobiles promiserūt pre cium argenti dare si posset corrumpere continenciam Zenocratis. At illa promisit: & si non posset precium duplicatum restituere consensit. Nocte igit ad Zeno cratem accessit quem mutare non potuit. Mane igit nobilibus petentibus precium respondit nō de statua pignus posui: sed de homine quasi diceret q̄ Zenocra tes sue racōne immobilitatis erat quasi statua erea

Capitulum. x. de fidelitate coniugum

Teste Hugone de sacramentis li. primo par te secunda ca. vii. Quilibz eoz scilicet coniu gum debet tenere fidem alteri. Vir enī nō habet potestatem sui corporis: sed & mulier et econtra vt eciam habet prima Corinth. vii. Vnde Ambro in suo exameron. Nolite viri querere alienum thoz. Nolite insidiari aliene copule quia graue ē adul teriū, Nam deus Euam fecit de costa Ade atq; iussit

ambos esse in corpore vno & ī spiritu vno viuere. Cur igit vnum corpus seperas: cur vnum spiritum diuidis Adulterium siqdem nature vicium est. Nam bos & equus suos cōpares diligunt. Tradit enim Alexander li de naturis rez q ciconia abhorret adulterium. Vn de cum femella alteri ciconie coniūcta fuerit: tūc sū cōpar conuocatis multis ciconiis: ciconiam adulteram interemit. Et narrat exemplum quomodo miles quidam ciconiam adulterantem viderat: sed ad suum cōparem rediens se lauabat. miles tamen impediuit ne post adulterium se lauare posset. Itaq multis aduenientibus ciconiis: ipso vidēte ciconia adultera ītercmpta fuit. Ecce igit patet q natura fidelitatem cōiugii postulat. Nēpe quondā inter cōiuges maxima fidelitas viguit. Narrat enim Vale. li. vi. ca. vii. q cum Vulpicia a matre sua diligentissime custodiret: ne viz suum in cicilia captū insequeret. Ipsa tamē mutata ueste cū duabus ancillis & totidem seruis clādestine fugiens: ad viz suū peruenit: nec recusauit se p viro suo capti uam facere: vt cōiugii fidelitatē obseruaret. Narrat insup ibidem q viz suum non obstāte periculo mortis in sinu atq cubiculo custodit. Si tamen comptus fuisset ambo fuissent pariter necati. Item narrat Solinus libro. x. ca. vi. ac eciā Tu. li. ii. de tusquest. q in india licet plures mulieres habeant vnum viz est tāta fidelitas ipsaz ad viz q viro mortuo: corā iudicibus accedunt atq cōtendunt que ipsaz cum viro sepeliet. Illa q feliciorem se putat que cum viro sepeliri meretur. Alie vero cum nota infamie viuūt: & pre tristicia frequenter moriunt seu discedunt. Si igit plures femie vni viro sūt tam fideles: nunqd igit peramplius in religiōe cristiana vna debet viro esse fidelis & ecōuerso

Capitulum. xi. quomodo coniugia legittime sunt contrabenda

Q Voniam vt ait magister sentēciaꝝ li.iiii: dis xxvii. Matrimonium est legittima coniūctio maris & femine vnionem cristi & ecclesie re presentans: quia scilicet in cristo omnia ma trimonia firmari debent. Vnde Vale li.iiii.ca.primo narrat quomodo Themistides quendam viꝝ filiā vni cam habētem consulebat qualiter eam despōsare debe ret: scilicet vtrum pauperi aut locupleti aut virtuoso vnde dicebat. Malo inqt viꝝ peccunia: q̄ peccuniā vi ro indigentem: quasi diceret ꝙ preferende sūt virtu tes diuiciis. Sed nūc matrimonia sūt fere omnia cor rupta & per auariciam peruertunt̄. Et ideo posuit le gem Ligurgus rex: ꝙ virgines sine dote despōsarent̄ sic t narrat Pompeyus li.iii. Quedam eciam matri monia ꝑ concupiscēciam cōtaminant̄ Cui9 oppositum docet Ysaac qui vxorem incognitam de remotis par tibus adductam accepit. vt patet Gene.xxv. Sic enī non ꝑ concupiscēciam vxor sumēda est vt honorabile sit coniugium & thorus immaculatus Heb.xii. Sed aliqui fornicacionibus & adulteriis vacantes: matri monia disuadent. Contra quos dicit Augu.v. de ciui dei ca.i. Q matrimonium fit inter homines ut hone sta inter eos cōcordia habeat̄. Vnde idem Augu. dicit in quadam omelia ꝙ deus nupciis interfuit presciens hereticos futuros matrimonia ꝓhibētes. Sed quid di cemus ꝙ multi sapientes vxorem ducere disuaserunt. Vnde Vale. vbi sup̄ narrat qualiter Socrates cuidam adolescētulo querēti vtꝝ vxorem ducere deberet. Re spondit quodcūq; feceris noueris te penitēciam actuꝝ Nam cōtinere carni penosū est: & vxorem habere sol licitudo est perpetua. Item Theofrastus li. de nupciis matrimonium disuadet. Vnde querit an sapiēs vxorē ducere debeat: & cōcludit ꝙ nō. Quia impedit studia philosophie: & sūptus exigit: variaq; onera & si i edo mum regēdam conmiseris seruus eris. Si autem tuo

arbitrio aliqd seruaberis: fidem sibi habere nõ putabit & sic iurgia querit: & venena diffundet. Et subdit. Si inqt pulcra cito adamatur: & difficile custodit̃ Si autẽ feda molestum est possidere quod nemo dignatur habere. Ex quibus omnibus matrimoniũ disuadet dicẽs. ꝙ multe sũt molestie nupciaꝝ. Ceteꝝ Ihero contra Ioninianũ quomodo Cicero rogatus fuit ab Ircio vt sororem suam uxorẽ duceret. Ille autẽ respõdit se nõ posse uxori & philosophie operam dare. His aut̃ non obstãtibus matrimonia sũt licite contrahenda: licet castitas sit prehonoranda. Et licet viris studiosis et ecclesiasticis matrimonia non cõpetant ꝓut predicte narraciones concludũt: nihilominꝰ aliis seculariter viuẽtibus licite matrimonia cõpetũt. Vnde. i. Corin vii. Virgo cogitat que dei sũt: que autẽ nupta est cogitat que sũt mũdi. Aduertẽdum tamẽ ꝙ inducendo vxorẽ & manu tenẽdo multa exigit̃ paciẽcia atq; cautela. Narrat enim Ihero. vbi sup̃ ꝙ duas quidam uxores habebat que propter ipsũ litigabant. Sed cũ turpissimus homo esset: ipsas deridebat: eo ꝙ propter ipsũ disceptabant. Accidit tamẽ ut simul contra ipsum vnirent̃ atq; iurgiis infestarent. Cũq; autem resisteret aquam immundam sup ipsũ proiecerunt: qui terso capite respondit sciebã vt post hec tonitrua futura erat pluuia. Itaq; ꝑ pacienciam vxores superauit. Nẽpe in vxoribus plures sũt importunitates: quaꝓpter prudẽcia magna exigit̃. Vnde narrat Ihe. vbi supra ꝙ Marcus Catho licet vxorem humili loco natam accepisset. Ipsa tamẽ vinolẽta importuna & suꝑba erat. & cõcludit. Non putet igit̃ aliqs si pauperem duxerit sibi de concordia satis ꝓuidisse. Insuꝑ ibidem narrat qualitẽ Philippus rex macedonũ vxorem habuit: quæ ipsũ in cubiculum introeũtem exclusit: qui exclusus ĩiuriam tollerauit atq; versu tragetico seipsũ cõsolari studuit. Item Gorgias libꝝ de cõcordia edidit: quẽ grecis liti

gãtibus recitauit. Cũq; recitaret quidam ei⁹ inimic⁹ dictus. Mellancius respõdit. Tu inqt vnius regni cõ cordiam precipis: & in domo tua tres personas concõ dare non vales: quia vxor eius ei quia castus erat in iuriabat & ancille que pulcrior erat inimicabat. Exi de forsan exorta est cõsuetudo q̃ scilicet ꝓ quiete ha bẽda vxores nolunt ancillas pulcriores eis tenere. Ex his igit narracionibus cõcludit Ibe. q̃ importunitates maxime sũt matrimonii. Vnde ibidem recitat q̃ licet Epicurus voluptatis amator esset: cuidam tamẽ intẽ rogãti an liceret vxorem ducere. Respõdit q̃ sapiẽti. non congruunt cõiugia: quia multa incomoda mixta sũt in nupciis. & subdit. Graue inqt viro sapienti ve nit in dubium vtrum malam vel bonam ducturꝰ esset vxorem. Quia sicut scribit Hordocus. mulier cum ue ste deponit verecũdiã. Vnde Ibero. ibidẽ narrat quo modo Mellancius vxorem licet castam repudiauit. & cum argueret ab amicis pedem a lecto tanq̃ lesꝰ es set depositum dicens. Lectꝰ inq̃ quem cernis nouus & elegãs est. sed nemo scit preter me quãtum premit q̃ si diceret sic est de vxore. Licet igit cõmendãda sint legittima cõiugia nichilominus caute sũt cõtrahẽda.

¶ Capitulum. xii. de parẽtibꝰ erga filios & ecõtra

Sicut dicit viii. ethi. pater filio est causa essen di & causa nutriẽdi & causa discipline. Vn de Ecc̃. vii. Filii tibi sũt erudi illos. & puer xxiii. Noli subtrahere disciplinam a puero. Ideo Apo. heb. xii. Quis inqt filius quem non corri git pater. Nẽpe ueteres filios suos erudiebãt. Vnde Policratus li. vi. ca. iiii. narrat qualiter Octauianus imperator filios suos ad gradum militarem & cursũ: et saltum fecit exercitari: suasq̃ filias in lanificio fecit instrui: ut si fortuna filios suos suppeditaret saltẽ suis laboribus viuere possent. Insup Tu. li. i. de tusc. ques. narrat qualiter Ligur. iuuenes suis laboribꝰ erudiuit

venādo currendo esuriendo siciendo algendo estuādo
Nam qui bene instruunt in teneritate :quādo pfecti
sūt defacili ad bona inclinant. vt ponit Sene. li .i. de
puidēcia dat exēpla dicēs qualiter nātis corpora i ma
ri dura sūt. Similiter agricole habēt manus duras &
milites habēt agilia mēbra & huiusmodi :que omia cō
tingūt vsu & exercicō acqrunt :& si signāter iuuenes
imbuant. Ideo dicebat Apo Ephe. vi. Educate illos:
scilicet filios i disciplina & correctione domini. Mun-
quid Brucus filios proprios fecit cedi : eo q Targno
dominacionem restituere pretēdebant. ut narrat Va.
li .v. ca. viii. Nunqd Cassius & Marcilius torquatus
aliiq; plures filios correxerunt. Cur igit patres filio-
rum crimina supportāt. Narrat enim Augu. v. de ci.
dei. ca. viii. qualiter Aulus filium suū mortis suppli-
cio cōdemnauit eo q cum Catbelina inimico suo ami-
ciciam contraxit. Hoz tamē feritas nō est approban-
da :quia licet filios corripere exterminare tamē sepi?
non licet nec libet :quia tūc paternalis disciplina pro-
dest quādo clemēcia adest. Vnde Va: li .iiii. narrat de
quodam cui filius suus insidiabatur: qui cum pcepiss
filium suum in desertum adduxit ibiq; g'adium traci-
dit ad caput amputādum: & cum filius vidisset gla i
um abiecit dicens. Mi pater queso mee indulgeas iu-
uentuti. Ecce qualiter patris dulcedo filium conuer-
tit. Insup eodem li .ca. vii. narrat qualiter Antiochus
filius Seleuci regis incidit in amorem grauissimum
sue nouerce: in tantum q proximus morti erat. Cūq;
igit medici percepissent causam morbi patri retulerit
quod audiēs pater propriam cōiugem filio cōcessit di
cens. In filio magnū pudorem fuisse: eo q vsq; ad mor
tem amorem dissimilauit. Seueritas igit parentū er-
ga filios quandoq; bona non est: sed correctio cum cle
mencia semp vtilis est. Nunc tamen parētes filios cor
rigere pretermittunt. & ideo quando sperant ex eoz

operibus letari tunc desolanē. Attēdant enim quali-
ter Helii a deo punitus fuit eo q filios suos corrigere
pretermiserat. Vnde dicit̄. i. Re. iii. Vnde Grego. in
dialogo li. iiii. ca. xiiii. narrat de puero qui consueue
rat deum blasphemare patre pmittente. & ideo in si
nu patris est percussus & interēptus. Insup Boe. li d
dis. sco narrat de filio Lucretii qui fuit absq; disciplī
na nutritus. Vnde in aleis & meretriceis operibus to
tam vitam suam occupauit. & a patre de morte sepi9
redēptus fuit. uihilominus tamē tandem morte con-
demnatus est. nec a patre ꝓpter penuriam redemi po
terat. Cum lacrimis igit̄ a patre osculum pecit & cū
pater accessisset: nasū illi9 morsu acutissimo secuit di
cens. Quare meis erroribus non obfuisti sed incastiga
tus euasi: magistri mei documentis non obediui quasi
diceret quare me non castigasti. Vnde Tu. li. i. de off
ca. xxvii. dicit q optima hereditas a patribus tradit̄
quādo virtutum & bonoꝝ opeꝝ exēplum exhibetur.
Sicut igit̄ aquila valde diligit filios suos & i locis al
tissimis facit ipsis nidum: ne coluber violet fetū: aut
veneno nequeat nocere. Sic pater filios suos a consor
cio peccatoꝝ debet seperare: ne ipsoꝝ exemplo pollua
tur. Hoc enim exēplum tāgit Ihero. sup Isa. ca. vltio.
Sicut enim in nidis aquilarū reperit̄ lapis precios⁹
qui dicit̄ berices vt ponit Solinus li. viii. ca. vi. Sic i
vita filioꝝ virtutes reperiunt̄: dūmodo nidus corū ab
istis inferioribus seperat̄. Tunc enim nidus seperatur
quādo in iuuētute mala turpiaq; consorcia vitare fili9
docetur

Capitulum. xiii. de filiis erga parentes

Exodi. xx. dicitur. Honora patrem tuū & ma
trem tuam quod est mādatum primum in ꝓ
missione ut bene fiat tibi. Vnde Apo. Ephe
vi. Filii obedite parētibo vestris. Quia teste
Boe. li. de cōso. Si mēti humane inserta est boni ueri

q̄ cupiditas: tā tomagis insertum est suos parētes fili
is honorare: quia scilicet filii debēt honorare parētes
Narrat enim Va. li. vi. ca. iiii. de quadā filia que ma-
trem suam in carcere nutriuit lacte mamillaꝝ suarum
Narrat eciā de alia que patrem suū in custodia tradi-
tum atq; in vltima senectute cōstitutū tanq̄ infātem:
alimonia sui pectoris nutriuit. Insup Solinus li. i. cir-
ca finem narrat de filia que inuēta est nutriēs ab vbe-
ribus patrem suū. & in memoriam tāti preconii loc9
ille cōsecratus est. Posco igit̄ cum Sene. li. iii. de bñ-
fi. ut filii parētes honorāt. Ingramus tñ an liberi da-
re possunt maiora beneficia parētibus q̄ acceperint.
Et videt̄ q̄ non. quia teste Aresto. magistris & paren
tibus non potest reddi cōdignum. Hoc eciam conclu-
dit Seneca vbi supō. narrat exēplum de Sci. qui patrē
suū in prelio seruauit. Et ca. xxiiii. ponit exemplū de
enea qui patrem suū seuissimum p̄ medium inimicoꝝ
atq; ignū detulit. Narrat eciā de quibusdā iuuenib9
qui p̄ vrbes vagauerūt ad liberandū parētes Merito
igit̄ Ecē. iii. dicit̄. Qui honorat patrem suū vita viuȝ
lōgiori. Et ibidem qui honoret patrem suū & matrē
suā iocūdabit̄ in filiis: & in die oracionis sue exaudiet̄.
Narrat̄ enim in historia Baalam & Iosaphat q̄ quidā
paterfamilias de vxore sua adultera: tres filios habe-
re videbat̄: sueq; uxori imperabat adulteriū dicens.
q̄ illoꝝ trium vnus tantūmodo suꝰ erat: sed quis erat
declarare nolebat. Cūq; igit̄ mortuus fuisset filiū suū
legittimum successorum bonorū suoꝝ dimisit ipsum
tamē non nominauit. Ad iudicium igit̄ vocati sūt: ut
videret̄ quis ille esset. Iudex igit̄ ꝓtulit sentēciam ut
qui forcius percuteret ī corpus patris mortui cum sa
gitta: ille obtineret hereditatem. Duo igit̄ illoꝝ sagit-
ta mediāte corpus valide penetrauerūt: sed accedens
tercius pcutere nolebat: sed cū lacrimis corpus patriſ
veneratus fuit: & ideo uerus filius declaratus ē. Vn

de Va. li. v. ca. iiii. Inqt pueros diligere parẽtes prima lex nature est. Vnde Petrus rauennas. Tolle inqt a sole radium & non lucet: riuũ a fõte & arescit. Ramum de arbore & desiccat: mẽbrum a corpore & putrescit. Sic separa filium a deuocõe paterna & iã non est filius sed collega illoꝝ de quibus dicit. Vos ex patre dyabolo estis. Nũqd Ambro. in exameron narrat qualiter ciconia parẽtes suos nudatos tegit: illos fouꝫ et alimẽto pascit: & ĩ uolatu subleuat Et cõcludit Ambro. Nõ est inqt graue q̃ pietate plenũ ẽ: nec ẽ onerosum quod soluit nature debito. Ideo non recusant aues patrem pascere & tamẽ eas lex scripta nõ stringit nec hoc accipiunt ex precepto: sed gracia naturalis officii. Hec Ambro. Vnde Augu. xxii. de ci. dei. ca. ix. narrat qualiter filii a matre maledicti mẽbroꝝ tremorẽ incurrunt: & in ecclesia sancti stephani sepulti erãt. & cõcludit q̃ timẽda est parentum maledictio. Conmorãdum est enim qualiter saluator noster parẽtibus obediuit. Iuxta illud Luce. ii. Erat autẽ subditus illꝭ O q̃ mirabile q̃ deus subditus est hominibus: qui tñ dominat angelis: sed nõ miꝝ quia testãte Apo. Phil. ii. Humiliauit seipsũ factus obediẽs vsq; ad mortem. Attẽdamus ergo qualiter Rechabiti a domino laudati fuerũt: quia patri suo obediuerũt scilicet ipsi Ionadab filio Rechab a quo Rechabite dicte sũt. Vnde Ie. xxxv. Nunqd nõ accepistis disciplinã: nec obeditis verbis meis. Preualuerũt sermones Ionadab filii Rachab qui precepit filiis suis vt nõ biberẽt vinũ: & nõ bibunt usq; in diem hãc: quia obediuerũt precepto patris sui Ego autẽ locutus sũ ad vos & nõ obedistis mihi dicit dominus. Filii igit parẽtibus obediant

Capitulum. xiiii. de obediẽcia filioꝝ erga parentes

Parentibus post deum maxime obedire debemus. Quia Exo. xx. dicit. Honora patrẽ et matrem &c. Et Eccle. iii. Qui honorat

patrem suū vita viuet lōgiori. Et Apo. Ephesios. vi
Filii obedite parētibus uestris. Idem habet Colloseñ.
iii. Nēpe desiderāda est est patris benedictio: & time
da est matris maledictio. Vnde Augu. xi. de ci. dei.
ca. ix. q fuerūt x. fratres. vii. masculi & tres femelle
et propter maledictionem matris puniti fuerunt tre
more horribili. Quoz sc3 vnus fratrū & vna sororum
sanati fuerūt in ecclesia sancti Stephani Metēsis. Ti
menda est igit parētum maledictio. Nam teste Va. li
v. ca. iiii. Prima lex nature est parētes diligere. Vnd
narrat ibidem qualiter filia quedam matrem in carce
re p capitali crimine condēnatam suo lacte nutriuit.
Nam custos filiam ad matrem ire prmūt: nō tn aduer
tebat illam nutricionem. Qua visa custos iudicibus re
tulit: qui audiētes tātam filie pietatem matri penam
remiserūt. Insup idem narrat de quadā filia que pa
patrem suum ī vltima senectute cōstitutum suo lacte
nutriuit. Idem eciā narrat Solinus li. i. q in memoriā
tāte pietatis locus ille cōsecratus est. Vnde Va. vbi su
pra narrat de filio Cresi. qui cum mut9 erat & un9 d
numero persaz: patrem suū interficere uellet lugebat
eo q dicere nō poterat q rex erat pater su9 ne ipsū in
terficerēt. Accidit igit q qui mutus erat racōne sue
pietatis quā erga patrē habuerat loq mererēt. O igit
inqt Va. optima rez ē natura q pietatis ē dña & ma
gistra. Vnde ibidē narrat gliter populi Citaz contra
Darīū pugnabāt: sed cū uenissent ad loca monumēto
rū suoz parentū statim suā feritatē atq crudelitate
pdiderūt: & redeūtes cessaruerūt pugnare. Insup nā
rat de Coroliano qui exulat9 a romanis ad Volstos ro
manoz inimicos iuit: quoz imperiū acquisiuit: & roma
nis infestissimus fuit cū quibz federari nullis precib
voluit. Quod videns ei9 mater que rome manebat ac
cessit cū filiis quā supplicantē exaudiuit atq castra q
possidebat matri petēti exhibuit dicens. Expugnasti

inqt ītā meā & patrīā precibꝫ liberasti. Vnde cōtinuo romanos infestare pretermisit. Ex his narracionibus patꝫ ꝙliter filii parētes tueri tenentur. Ad quod ꝓpositum ff. li. iii. de benefi. ca. xvi. querit an liberi suis parētibꝫ ad cōdignū q̄ susceperint beneficia reddere possint. Et declarās hāc q̄stionē videt cōcludere: q̄ parētibꝫ ad cōdignū reddere nequaq̄ possibile ē. Vñ posuit exēplū de Sci. q̄ ꝑ patre saluādo in prelio mortis periculoso se exposuit. Ibidē ecīa narrat de Enea. q̄ ut patrē suū senē liberaret ꝑ mediū inimicoꝝ ipsū detulit atq̄ ꝑ grādes ignes trāsire ñ formidauit Etenī natura vnūquenq̄ obligat: vt parētes tueat. Nā ut ꝑit Ambro in examerō ome. ii. Ciconie būi9 sūt nature: q̄ parētes nudatos suis pēnis tegūt ciboq̄ fouēt & plumaq̄ suaq̄ uolatu subleuāt & deferūt. & ibidē cōcludit. Non est inqt onerosū quod soluit nature debito

Capitulum. xv. de verecūdia mulierum

Dominus in muliere posuit verecūdiā naturalē: ut ipsa ad peccatū ꝓuocare formidet virosq̄ ut famulet cōdita ē: nō quidē ut sibi ī sidiet ipse tñ sui stat9 neglecto more fictis blādimētis adulacionibus & nutibus viroꝝ excidiū ꝓcurant & scādalū ignominiosum iugiter gignere sollicitant. Vnde Ibero. ep̄. c. viii. Ille inqt oculos cristiāos scādalisant que spurcissimo vngēto facie vngūt oculosq̄ depingunt q̄q̄ facies nimio cādore deformes fiunt & tanq̄ ydola inueniunt ipsas enī nec ānoꝝ numerus nec alia uenustas docere potest q̄ uetule sint: & capillos cū pdiderint alienis capillis uerticem ornāt: & preteritā iuuētutē in rugis ānilibꝫ polluūt Erubescat igitur mulier cristiana si naturā cogat ī decorē: si carnis curā facit in cōcupiscēciis. O ignis iuuenū fomēta libidinū ī pudiceq̄ mētis excidiū ē ornatus iste: nec est cristi sed anticristi ut inqt idem ep̄. xlix. Vnde Am. in suo examerō ome. vltima. Noli delere bonā picturā

dei & assumere picturā meretricis. Illa pictura vicii ē
nō decoris: fraudis nō simplicitatis. Fallit enī & deci-
pit ut neq; illi placeas cui placere desideras: tuoq; di-
splices actori: dū videt opus suū deletū. Nā artifex i
dignat̄ si opus suū deleat̄. Graue igit̄ crimē est: utpu-
tes q̄ meli⁹ depinget homo q̄ deꝰ. Vnde Guiller⁹ pa
risiēsis li. de vniuerso narrat ꝺ quadā muliere que dū
insistēt pectinacioni atq; curiositate capilloꝝ: alia que
dā mulier apparuit dicēs: qđ maximū cruciamentum
tollerabat quia huiusmodi curiositati dum viueret in
sisteret. Non igit̄ in talibus sed ī virtutibꝫ crescere de
bēt: ut nomini ꝑpetuo hereditari possint. Debēt enī
esse sobrie caste & taciturne. Vnde Va. li. ii. ca. ꝑmo
Narrat q̄ mulieribꝫ olim vsus vini ignot⁹ fuit: ne ī ali
ud dedec⁹ laberent̄. Vnde Ecc̄. xxvii. Mulier ebriosa
ira magna cōtumelia & turpitudo ei⁹ nō tegēt̄. Nūc
tñ illud Se. eꝑ. xcix. verificat̄ dicētis. Mulieres non
minus viris potāt: q̄nimo oleo & mero viros ꝓuocant
suiq; sexus beneficiū suis viciis ꝓdiderūt: & q̄ femina
rū est exuerūt moribusq; virilibꝫ ꝑplicate sūt. Quāob
rem Va. li. ii. ca. i. dicit q̄ ab excessibꝫ cauere debent
quia uentrē plenū seq̄t voluptas. Ideo teste Ihero. eꝑ.
xxvii. Viri ātiq⁹ cauebāt ne vxores vinum biberent
Vnde Va. li. vi ca. iii. narrat q̄ Mecelli⁹ vxorē fuste
ꝓcussam interemit: eo q̄ vinū bibisset: nec tñ exinde
reprehēsus fuit: quia iustū omnes estimabāt illā debe
re violēter mori que sobrietatē debitā violauerat Vñ
Augu. ix. cōfessionū narrat quomodo decrepita que-
dam mulier suam filiā adhuc puellam regebat cū ma-
xime moderamine ut sobrietatis in posterꝫ sibi cōsue-
tudo maneret. & ibidem cū mater sua q̄dā vice a mo
deramine soliti recessisset: ei⁹ ācilla eā redarguit: &
eam meri bibulā vocauit. Quo audito stimulo ꝓcussa
suā fetiditatē respexit: & ide abstinuit. Aniaduertāt
igit̄ mulieres ut sobrietate floreāt: & pudicitiā quæ

ipſis cõgruit ne polluant. Vnde Ecc. xxvii. Sicut ſol oriẽs i mõtibꝫ altiſſimis diei eſt ꝓncipiũ Sic mulieris bone ſpecies i ornamẽtis domus ſue: quoniã gracia ſupra graciã mulier ſancta & predotata eſt: ut ibidẽ dr. Attẽdamus igit quãto affectu ueteres caſtitatẽ amauerũt. Nã grad9 maxim9 abuſionis eſt femina ſine pudicicia. Vnde ſicut prudẽcia cuſtodit vir9 ita pudicicia feminã. Narrat enĩ Va. li. vi. ca. i. de pluribꝫ mulieribus que maluerũt ꝓdere vitã q̃ pudiciciã. Vnde greca quedã femĩa cũ violẽter a nautis i naui fuiſſet accepta libidinis occaſione: ipſa hoc videſ i mari ſe ꝓiecit: & ideo apud grecos laudibꝫ extolli meruit. Narrat inſup de quodã qui filiã ſuã interfecit: eo q̃ Appi9 Claudi9 violenter ad ſtupr9 ipſam inducere volebat. Malebat enĩ pudice filie eſſe ĩteremptor q̃ corrupte pater. Vnde Ambro. de virginitate ca. iii. narrat de Pelagia que cũ eſſ3 apud Antio. etatis. xv. ãnoꝝ & a predonibus circũſeptã ſe videret matre abſente ſuiſq̃ ſociabus in aquã ſe ꝓiecit malẽs mori q̃ violari. & licet non deceat ꝓpter pudiciciã ſe interimere: nihilomin9 laudãdi ſũt veteres in hoc q̃ pudiciciã tantũ amauerũt. Augu. enĩ tradit ꝓmo de ci. dei ca. xvi. q̃ pudicicia ẽ virtus mẽtis que nõ poteſt inuite auferri. Si igit corpus violẽter cõtaminat nihilomin9 pudicicia manet: dũ mẽs integra fuerit. ꝙ pudicicia igit predicte mulieres ſeipſas interficere nõ debuerãt: niſi forte inſpirate hoc fecerĩt: vt tãgit Augu. vbi ſup̃ ca. xvii. Vnd̃ ſic ait. Femine que i flumĩe ſe precipitauerũt aut hoc fecerũt humanitus decepte: & ſic errauerũt: aut diuinitus iſpirate & ſic obedierũt. Quicqd tñ ſit i hoc cõmẽdabiles fuerũt qui pudiciciã dilexerũt. Animaduẽtendũ enim q̃nto zelo pagani pudiciciã ſeruauerunt. Narrat enĩ Solin9 li. vii. ca. xv. Q2 in india eſt quedã regio: in qua nulla libido inueniť atq; pecculanciã eſſe ignorant homines. Atq; ibi nulla ſũt coniugia: nullicq;

hoīes ibi nascunt̄: & tñ plurimi homines ibi ɔmorant̄ nullus tamen ibi admictitur nisi castitatis uotum prosequitur: et castitatem si quis non seruauerit in predicta regione submouetur atq; perpetuo exilio datur. Insup Va. li. vi. ca. primo narrat de quodam qui filio suo dicebat ꝙ non solum virginitatem illibatam seruare debebat: sed eciam oscula sincera sine admixtione libidinis. Ceterum Iheron. contra Iouinianum recitat qualiter Diullius vxorem tante pudicicie duxit. Vt omnibus continentibus esset exemplum. Accidit igit̄ ꝙ vir suus quosdam cōfabulantes audiuit dicentes: ꝙ os fetidum haberet. Quo audito ad vxorem accessit: ipsam redarguens cur sibi hoc non intimasset. Que respondit: putabam omnium virorum ora sic olere. Ecce quanta pudicicia mulierum que nunq̄ alterius viri flatum sensit

Capitulum. xvi. de virginibus

Virginitas nomen honorabile est: status mundus vitaq; virginea: angelos imitatur. Vnd̄ virginitatis exemplum ab antiquis cepimus quoniam plures secundum carnem viuere in tātū contemserunt: ꝙ maluer̄t mori q̄ carni obedire Vnde in libello quodam qui intitulatur de virginibus legitur: ꝙ apud romanos virgines que secundum carnem viuere contempserūt maxime reputacionis apud eos extiterunt Vnde ibidem narratur de quibusdā filiabus quarum mater dicta fuit Sedasa que cum absente patre duos iuuenes pretereuntes iure hospitalitatis suscepisset. Ipsi quoque iuuenes honori filiarum non indulserunt: sed eis nocte violenciam intulerunt. Quamobrem dicte virgines mutuis mucronibus se cōciderunt. Narratur insuper ꝙ quedam thebana virgo erat: quam hostis macedo corruperat aliquantulū dissimulauit violencie sibi illate de solatorem. nihilominus suum violatorem manifestauit: & mox gladio seip

sam interfecit: nolens perdita virginitate vitam ducere. Quid enim ista desiginant nisi q̄ carni non est assenciendum: quinimo melius foret a presenti vita migrare q̄ in desideriis carnalibus vitā ducere. Ideo apostolus .Ro. viii. dicebat. Qui in carne sūt deo placere non possunt. Et Gallat. v. Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis. Vnde Augu. Viuentes in carne preter carnem ãgelos vocat. libro de sancta virginitate dicens. Sicut familiam angelorum deus habet in celis: sic eciam familiam virginū voluit habere in terris. Illi enim angeli sūt qui non secundum carnē viuūt. Et ideo Ihero. ad Eustachium dicit. Statim in quit vt filius dei ingressus est sup terram nouam sibi familiam elegit: ut qui ab angelis adorabat: in celo eciam haberet angelos scilicet virgines in terris. Quapter Augu. li. iiii. de doctrina cristiana dicit q̄ virgines sūt illustrior porcio regis cristi. Illi enim virgines dici possunt qui non secundum carnem viuūt: sed carnem spiritui subiciunt. Vnde. ii. Corint. x. In carne ambulantes non secundum carnem ambulemus. Quid enim prodest homini seu femine si voluptate sua eam puritatem tollat: per quam imitare reginam celorū: scilicet mariam. Laudabilis igit est virginitas: sed nō sufficit ipsa nisi bonis operibus illustret. Nam & in euãgelio virgines quinq̄ fatue dicunt. & ideo ex sua virginitate introitum ad ianuam celestem meruisse non credunt. Pulcrum est igit si virgo sis sed multum pulcrius si cum virginitate operibus floreas sacris: nunc oracionem nunc meditacionem sedule exponendo. Nã teste Ihero. ad Eustachium virgo debet esse oracionibus sacris: virtuosisq̄ laboribus occupata. Et idē Ihe. ep̄. lxvii. ad demetrium. Debet inquit virgo esse quieta: honestaq̄ societate comitata non vaga discurrens per patrias. exemplo Marie quam inuenit angelus in cubiculo. Sit eciam sermo virginis prudens modest⁹

et rarus: non eloquencia sed pudore preditus sit: atq; humilis gestu: quia per humilitatē virgo Maria deo placuit. Nam secundum Ambro. lib°. de virginitate Virginitas supgrediē humane nature cōdicionem: p quam homines angelis assimulanē. Vnde Apo. prima Corinthi. vii. Virgo inquit cogitat que domini sūt ut sit sancta corpore & spiritu. Ibero. enim alloquens matrem de instructione filie eē. lxxxix. dicebat. Reddat tibi inquit quotidie pensum de scepturatis floridis & post assuescat oraciones & psalmos nocte cōsurgere. mane canere ymnos. Et sequitur: discat lanam facere tenere colum rotare filum & susum tenere. Nam virginitas in talibus conseruatur. Nam teste eodem ad Eustachium. Virginitas thesaurus est irrecuperabilis. Caue igiē ne de te dicat deus. Virgo cecidit & nō est qui suscitet. Et cū omnia deus potest suscitare nō tamen virginem. Si ergo ad thesaurum recuperabilē custodiendum solliciti sūt homines: pocius de virginitate obseruāda solliciti esse debent. Non igiē discurrant quoniam teste Grego. ome. xii. de predari desiderat qui thesaurum publice in via portat. Solitarie igitur maneat quoniam sicut Iob. xxiiii. dicit. Per nocte adulter quasi fur obseruat caliginē. Nempe olī virgines sollicitam sue virginitatis custodiam habuerunt. Vnde Ambro. li. ii. de virginitate narrat de q̄dam virgine que fuit antiochie: cui⁹ pulcritudo appetebatur. Vnde violēter ad lupanar ī troducta fuit que cū ibi fuisset flebat & orabat dicens. Domine qui dedisti virginibus leones domare: da mihi ut mētes hominum domare possem: ne violetur exiguum tēplum tuum ne eciam paciaris incestum. Cum igiē oracionē cōpleuisset. Ecce miles introiuit dicens. Ne timeas: quoniam supueni saluare animam tuam. Mutemus inquit uestimenta ut tua uestis me faciat uerum militē Vnde sic factum est ut virgo militis uestē accepit: &

sic euasit & miles loco eius cū ueste muliebri ibi remā sit. Cūq igit alius ingrediretur & loco puelle virum iueniſſet: alius nūciauit & loco virginis miles condemnatus est ad mortem. Quod cum audiſſet puella feſtinanter cucurrit ad locum ſupplicii que p ipſo mori cōtendebat et conuerſo miles pro ea. Itaq ambo cōtendebant: & martirii palmam ſuſceperunt. Inſup idem Ambro li. iii. narrat qualiter beata Xottberis cum eſſet pulcerrima gaudebat faciem ſuam martirio fedari ne temptacionis occaſio exiſteret. Ceterum de beata Brigida legit q cum pater eius cuidam nobili vellet eam deſponſare. Ipſa orauit ut aliqua ſibi difformitas cōtingeret racione cuius coniugium vitaretur. Ipſaq orante vnus eius oculus crepuit. Quod videns pater permiſit eam velari & ad dei cultum deputari: & oculus eius ſanatus est. Inſuper & de pluribus aliis ſimiliter legimus que licet viros ſuos ſecum haberent nihil ominus virginitatem obſeruarunt. Vnde in libro qui dicitur paradiſus narratur d Iuliana virgine q ipſa videns Origenem metuentem ſedicionē paganorum & fugiētem p biennium ipſum ſuſcepit & celauit neceſſariaq ſibi miniſtrauit. Narrat inſup Ibero. eō. xlv. d quadā virgine que a beato martino uoluit videri cum tamen ipſam ipſe deſideraret viſitare tanq moribo & caritate preceſſam. Vnde ipſa beata beato martino p feneſtriolam dixit. Ora p me quia nunq a viro ſū viſitata. Gracias itaq egit ſanctus Martinus eamq bñdixit. Narrat eciam idem Ibero. eō. lxxxix. qualiter cuiuſdam virginis paternus cepit habitum virginis: ut virginis mentem permutare poſſet. Volebat enim q nubere t: ſed ei nocte apparuit angelus inferens minas dicens. Quomodo auſus es viri imperium preferre criſto. Nam virgines criſti ſponſe ſūt: & ſecūm agnum quocūq ierit. Sup quo Augu. de bono virginali. Gaudia inquit virginum ſunt de criſto in criſto

cum cristo p cristum post cristum. Et idem Augusti. cp̃.c.xxviii. Beaci9 est inquit in carne imitari vitam angelorum q̃ ex carne augere numerum mortalium. Nam vberius est mente grandescere q̃ ventre graue scere: oracionibus q̃ celum parturire q̃ in viscerib9 uetum nutrire. Vnde Grego. li. iii. dialogorum de virginib9 nãrat q̃liter deo placuerũt. Nam de Tharsilla narrat qualiter duas sorores habebat que cum visitarent ipsam ait. Recedite quia meus sponsus sc3 Ihesus uenit. Ibidem eciam narrat de quadã puella dicta musa: cui beata virgo cum puero apparuit querens ab ea an sibi seruire uellet. Que respondit q̃ sic. Tunc beata virgo respondit & precepit sibi: ut omnino pueriles mores pretermitteret: que sic fecit: & ad tantã maturitatem deuoluta est: ut virginum exemplar effi ceretur. Ex his igit̃ patet quantis laudibus antiquit9 virginitas floruit. Nam Deutro. xxi. precipit̃ virgo corrupta lapidari nisi pro violencia clamasset. Insuper apud saxones lex olim fuit ut virgo sponte deflorata viua sepeliretur: & violator sup eam suspẽdi debebat. Itẽ apud barbaros lex fuit ut virgo fornicaria seu spõte grauidata de monte altissimo precipitaretur eiusq̃ violator capite priuaretur. Insup in prologo hist̃orie: romanorum legitur de quadam que cum filios genuisset secundum legem viua fuit sepulta. Ex quib9 omnibus satis patet quanto studio virgines se custodire debeant. Nunc tamen blandimentis nunc muneribus seducunt̃. Vnde Ambro. li. primo de virginitate narrat de quadam virgine pitagorea que tante fuit constancie ut in tormentis non posset vinci. Vnde cum in terrogaretur a quodam tiranno de quodam secreto re uelando linguam suam morsu abscidit: ut respondẽdi causam non haberet. Ipsa tamen que vinci non potuit tormentis postmodum fuit victa muneribus que pri9 preualebat animo postmodũ erubuit tumescẽte vtero

Vidualis status simplex & modestus existere debet & virum bonum si habuerit caueat ne mutet fortunam: si primo consimilem inuenire timeat plurimas autem oppositę condicionis viduas conspicimus: quia & si virum pessimum habuerint: mox post mortem ad aliam currunt. Si uero bonum habuerint illius facillime obliuiscunt & alium habere studiosissime sollicitantur. Veterum enī exemplum vtinam animaduerterent. Unde Ihe. li. ii. cō tra Iouinianum narrat de marchia Catbonis filia que cum lugeret virum matrone ab ea petiuerunt quis dies esset ī quo luctum suum terminare deberet. Ipsa respondit q dies sue mortis esset dies in quo luctum suum terminare deberet. De alio igit viro non cogitat. Ibidem eciam narrat de quadam alia vidua: quam cū vicinus moneret ut alteri nuberet dicens: q sua etas nubere deberet: ipsa respondit nequaquam hoc faciaz quia si bonum virum inuenero: tunc habeo timere ne perdam. Si uero malum quid necesse est post bonum pessimum sustinere. Narrat insuper de Marcella que rogata a matre ut nuberet. Respondit se nupsisse ita valide ut amplius nollet. Narrat eciam de Valeria q cum interrogaretur an uellet nubere. Respondit licz vir meus mortuus sit vobis mihi tamen semper viuit. Attendant enim vidue quoniam Anna fuit vidua ab adolescencia sua: & non recedebat de templo nec diebus nec noctibus. Nunquid eciam vidua Sarreptana: pro salute filiorum famem tollerauit: nec virum quesiuit ut patet. iii. Regum. xvii. Nunquid celebris vidua fuit Iudith. His igitur attentis dicit Ihero. vbi supra loquendo vidue. Quid angustiarum habeāt nuptcie didicisti: & quasi cum canibus vsq ad nauseam saturata es. Quid igitur vis rursum ingredi quod noxium est. Nam bruta seu aues in eadem recia nō ī cidūt

Quid igitur petis. Imitare pocius sanctam matrē, Ihe su cristi. Vidua enī que non scit continere vel nō vult maritum pocius accipiat q̄ dyabolum. Itaq; Ihero. de testatur secunda coniugia nisi magna iuuentus fuerit. Et ideo Apostolus prima Thimo. v. Volo inquit ado lescentulas & iuniores nubere. Ceterum Ihero. epi. xcvi. narrat de quodam viro qui sepelierat vigīti vxo res: et postea accepit mulierem in vxorem que habuit duos maritos. Cumq; igit̄ fuissent matrimonio copu lati totus romanus populus instanter astabat videre: quis eorum vinceret: maritus tamen vicit: & tocius vrbis populo confluente coronatus est: & palmum in manibus tenebat clamans. O mea vxor nube nunc fe retro. Et ideo Ihero. alloquendo viduam dicit. Obse cro tibi sufficiat quod perdidisti primum virginita tis gradum: & per tercium scilicet coniugium venisti ad secundum scilicet viduitatem. Vnde licet coniugi um precedat viduitatem tempore: non tamen castita te. Insup Ihero ep̄. xcv. Caueas ne iuxta te ambulet procurator uel histrio nec iuuenis nitidus: sed habeto tecum virginum & viduarum choros: tuiq; sexus sola cia quere: & sit in manibus tuis diuina lectio & ī ore deuota oracio vt adolescencie cogitaciones huiusmodi clipeo repellantur. Vnde Apo. prima Thimo. v. Ar dentes inquit dyaboli sagitte ieiuniorum & viduarū frigore restringende sūt. Ceterū animaduertam9 nā racionē Ambro. in suo examerō ome. l. qui narrat de turtere q̄ si ꝑdiderit cōparē iterare cōiunccionē recu sat. Discite inquit igit̄ ab auibꝰ mulieres q̄nte sit dig nitatis grad9 viduitatis que eciam in auibꝰ predicat̄ Meli9 tñ est nubere q̄ vri. id est fornicari. Ideo Ihero ep̄. xcv. Tolle quod peius est & suscipe quod ꝑ se bo num nō est scilicet nubere: & loquit̄ vidue

Zophilogium editum a fratre Iacobo magni de Pari sius: ordinis heremitaꝝ sancti Augu. finit fœliciter.



Dec. 1940

ADOLPH RUSCH

JACOBUS MAGNI. Sophologium. c. 1470.

*Hain *10,472; B.M.C. I, 61.*

Printed with ~~gothic~~ types, in folio form, 35 lines to a page. It has 219 leaves, the last one blank; the second blank leaf is missing. The size of a leaf is 288 × 205 mm., and the text measures 182 × 105 mm. Large initials in red. In contemporary binding, stamped leather on boards.

THE volume is called *The Book of Wisdom*, and justly. In it the author gives his best counsel on all imaginable subjects; and for his time Jacobus Magni — or rather Jacques Legrand, an Augustinian monk who flourished during the reign of Charles VI — was an enlightened spirit. Another work of his, "a lytel book named the book of good maners," was translated and printed by William Caxton. Much of the material of this *Livre des Bonnes Moeurs* Legrand later incorporated into the *Sophologium*.

The book, which the author dedicated to Michel, Bishop of Auxerre and confessor to the King, consists of a vast multitude of quotations arranged in logical order. It is divided into three parts. The first begins with the praise of wisdom, which everybody should strive to acquire; then it discusses each of the seven liberal arts. The second analyzes the theological, cardinal, and capital virtues. The last treats of the various classes of society. Starting out with a contemplation of the brevity of life and the necessity of preparing for death, it describes the ecclesiastical state, the nobility, and finally the common people: merchants, laborers, the family, and — without which no medieval moral treatise would be complete — the conduct of virgins and widows. Of course, since it is made up of quotations, the work is somewhat disjointed. But undoubtedly the author's learning was sound and his viewpoint advanced. The reading of such a chapter as the one proving that magic arts are useless has the effect of a fresh breeze. Jacques Legrand was competent to teach "vertuous lyuyng"; as in his book on good manners, there is nothing in the *Sophologium* "but for the moost parte it is aledged by scrypture of the byble. or ellis by sayeng of holy sayntes doctours philosophres & poetes."

It has been recorded that this brave monk almost got into serious trouble in 1405. On Ascension Day he preached a sermon before the Court, and used the occasion to attack the Queen, Isabel of Bavaria, and the Duke of Orleans, to whom the people attributed all their miseries. It was only the intervention of Charles VI, who temporarily regained his sanity at that time, that saved him. But in spite of his criticism of the Duke of Orleans, Legrand did not join the party of his enemy, the Duke of Burgundy. In fact, he undertook a diplomatic mission to the King of England on behalf of the son of the Duke of Orleans. After this he disappeared from the scene.

Bought in October 1939, from the Bowditch Fund.